10 Machometus inuidus fuit nam ip̄e erat mercator paup et fingendo se ꝓphetā fecit se dn̄ȝ illi⁹ ciuitatis quā supdiximus. et postmodū fecit guerrā cū rege Meche inuidendo ei regnū in bello fuit et ꝑcussus fuit inore/ et amisit duos dētes. et finalit̄ occupauit Mechaȝ: et fact⁹ fuit rex illius/ et post mortē suā Abubrech suus successor inuidit regnū Egipti et Sirie et cū bello abstulit a xp̄ianis q̄ iure ip̄m possidebant. et sic successiue de vno successore in aliū totā Persiam/ Turcam/ Barberiā/ Hispaniam

&c. acquisiuerunt. De dño autē nostro Jhu xpo non fuit sic quia paup vixit: & paup mortuus fuit. & sic de apostolis: patet ergo q̄ significatū est q̄ lex xpianoꝝ est vera. sarracenoꝝ aūt non &c.

De septem sacramentis et primo de babtismo. Capi. primum.


Jrit xpianus sarraceni faciunt circuncisionem. xpiani vero babtizant. Jtem p babtismū xpiani cōprehendunt virū & mulierē. sarraceni aūt virū tantūmodo vñ patet q̄ xpiani magis se elongant a peccato originali p babtismū q̄ sarraceni p circuncisionē. Jtē xpiani asserunt q̄ nullus absq̄ babtismo aq̄/aut flāmis/aut sanguinis pōt saluari. sarraceni vo dicunt q̄ absq̄ circuncisione saluari possunt. & q2 babtismus ē supior & circuncisio inferior significatū ē q̄ lex xpianoꝝ est supior/sarracenoꝝ aūt inferior. 11

De matrimonio. Ca. ii.

MAtrimoniū quo ad xpianū est formatū: sed q̄ ad sarracenū deffornatū. nā in matrimonio xpianoꝝ vna voluntas viri/& alia voluntas mulieris se cōiungunt ad vnū finē. & hoc idē pōt dici de duobus intellectibus coꝝ. & de duabus imaginationibus/& sensitiuis coꝝ. & sic matrimoniū est formatū videlicet forma cū forma & maťia cū materia. & forma cū materia & materia cū forma. & p hoc factū est vinculū inseparabile/in tantū q̄ vir non pōt dimittere vxorē/neq̄ e cōuerso. Sed matrimoniū sarracenoꝝ est in cōtrario. nā vna voluntas viri & sic de suo intellectu/& imaginatione/& sensitiua se hñt ad multos intellect⁹/voluntates/ymaginatiuas/& sensitiuas mulieꝝ: sed & mulieres non se ligant ad vnū hominē. nā q̄libet vellet habere illū p se ipsaꝫ. Jtem q2 sarracenus potest dimittere vxorē suam & non econuerso. & sic tale matrimoniū est deffornatū. & sic ortum est signū videlicet q̄ lex xpianoꝝ est vera: sed sarracenorum falsa. 12

De confirmatione. Ca. iii.

COnfirmatio est sacramentū necessariū vt pueri quando sunt magni confiteantur se esse xpianos & articulos fidei catholice/quos ignorabant: dū erant parui: & fuerant babtizati. Sarraceni vo non hñt istud sacramentū & sic ortū est signum q̄ 13

sarraceni sunt in errore xp̄iani autem in veritate.

De eucharistia. Ca. iiii.

14 Sarraceni faciunt festū pasche semel in anno: τ interficiūt vnum mutonē ad significandū sacrificiū: quod fecit Abraham. sed xp̄iani faciunt sacrificiū p eucharistiam: q̄ est altius sacramentum / q̄ interficere mutonem. τ ipsum sacramentū faciūt quolibet die in anno. τ in multis locis. τ faciunt ipsum ad significandum illam coniunctionem factam inter diuinam naturam τ humanam: q̄si deus fuit factus homo. τ in ipso sacramento est maior participatio τ maius signum diuine potestatis / caritatis / τ humilitatis inter deum τ hominem q̄ possit esse in via. Item deus communicat suam potestatem infinitam finite potestati presbiteri sic q ipse possit facere de pane carnē: τ de vino sanguinē absq generatione / τ digestione / τ cōpositione panis cū carne / τ vinū cū sanguine. τ sine cū accidente. τ vt idē hō v3 xp̄s sit in eodē tp̄e in celo / τ in terra in multis locis τ hoc sacramentalit̄. Quod ē maius miraculū / q̄ deꝰ pōt facere excepta incarnatione. τ tale sacramentū ita nobile τ altū cognoscit intellectꝰ diuinus eē altiꝰ τ diuina volūtas vult q sit altiꝰ sacrificio mutonis facto a sarracenis. Et sic ostū ē signū q lex xp̄ianoꝝ ē superior sarracenoꝝ aūt inferior.

De clauibus. Ca. v.

15 Sacramentū clauiū sarraceni non h̄nt. τ est sacramentū q̄ ad bene eē τ valde necessariū. eo q2 diuina p̄tas se ligat cū p̄tate presbiteri. vt presbit̄ cū diuina p̄tate liget τ soluat in celo et in terra. τ h̄ ē ligamen / τ signū ꝯiunctionis diue naē τ hūane / q̄si deꝰ fuit factꝰ hō. Et q2 sarraceni nō h̄nt tale signū siue sacrifitiū ostū ē signū q xp̄iani sunt in v̄itate / sarraceni aūt in errore.


De penitentia. Cap. vi.

16 Penitentia ē sacrifi: qđ significat redēptionē quā fecit in cruce dn̄s nr̄ Ih̄s xp̄s de hūano genere. vt h̄eamus ꝯfessiones ꝯtrictionē / τ satisfactionē. τ h̄ p psonā sacerdotalē ip̄o existente iudice p ꝯfessionē. vt iniungat nob penitētias d ꝯmissis. τ p ꝯtrictionē det nob indulgentias. Et tale sacrifi ē valde vtile τ includit in se valde magnā ordinationē vt veniamus ad gl'ias: τ euitemꝰ penā sempiternā. Et q2 sarraceni non h̄nt ip̄m / ia3 ostū est signū q sint in errore: sed xp̄iani in veritate.

De extrema vnctione. Ca, vii.

Sarraceni non hñt extremã vnctionẽ. τ sic signũ ẽ φ paruꝫ 17
curant de penitentia. nã ipa extrema vnctio ẽ signũ cũ quo
xp̃iani ꝯfitent/φ ipsi peccauerunt cũ sensibus ꝯtra vnctionẽ pri-
mã/qñ fuerunt facti xp̃iani. τ tunc p extremã vnctionẽ ꝯfitentur
φ moriunt veri xp̃iani ipis penitentib⁹ ð cõmissis τ misericor
diã dei expectantibus. τ tale sacrm̃ est valde vtile. Et qꝛ xp̃iani
talẽ vnctionẽ hñt τ sarraceni non/idõ iaꝫ ostũ est signum φ xp̃iani
sunt in vera lege/sarraceni vero non.

De septẽ ṽtutibus principalib⁹. Ca. i.



Virtutes principales sunt septeꝫ/ videlicet Justitia/
Prudentia. Fortitudo. Tẽperantia. Fides. Spes.
Charitas. quaꝝ. 4. sunt cardinales. τ. 3. theologales
Justitia. Prudentia. Fortitudo. Tẽperantia sunt
cardinales. Spes. Fides. Charitas sunt theologa-
gales. Cardinales sunt dispositiue/τ preparatiue. sic in arbore in q̃
branche/rami/folia/τ flores disponunt τ preparant fructũ. Theo
logales ṽo sunt cõpletiue τ pfectiue. τ p ꝯñs priores in pfectione
sꝫ cardinales posteriores. Predicte. 7. ṽtutes sunt vie/τ orna-
menta legis. τ in ipis lex pficit. τ ipa q̃deꝫ lex in theologalib⁹ est
prius τ in cardinalib⁹ posterius. sicut planta q̃ ẽ in fructificatione p̃
us in preparatione aũt posteri⁹. ṽtutes cardinales nõ sufficiunt
ṽe legi. sic branche/rami/folia/τ flores nõ sufficiunt appetitui ar-
boris: cũ sint posteriores: sꝫ suffic̃ fruct⁹ eo qꝛ ẽ prius in pfectione.
τ in ipo fructu ꝯseruat spẽs arbor/. τ in eo ponit alia arbor in po
tentia. Sufficiunt ḡ ṽe legi ṽtutes theologales/cardinales ṽo ṽ
tutes possunt hẽri a q̃libet hoie p se/siue sint fideles aut infideles
eo qꝛ sunt posteriores: theologales ṽo non/ qꝛ sunt priores τ date
a p̃ma causa τ a p̃mo motore. τ sic dant sup̃ vires potentiarũ aie.
eo qꝛ non dant naturalit/sꝫ rõne gratie. τ idõ ad ꝓpositũ veniam⁹
ostendendo p quẽ modũ. 7. ṽtutes sunt signa ṽe legis secundum
ordinationẽ antedictã. quã ꝓpono tenere in ꝓbãdo legẽ xp̃ianoꝝ
esse verã: sarracenoꝝ ṽo esse falsam.

Primo de iustitia morali. Ca. ii.

Ad xp̃ianus scd̃m legẽ xp̃ianoꝝ iustitia inter alia importat 18
tria primũ est q̃ ad penitentiã. secũdũ q̃ ad confessioneꝫ.

tertiu3 aute3 quo ad satisfactione3.z primo de primo dicendū est ¶ Xp̄ianus dicit q hō est composit⁹ ex corpore z aīa.z in agendo iuste agit cū aīa z corpore.z sic iustitia dei q̄ est prius satisfacit iustitie hoīs q̄ est posterius.sicut simile qđ satisfacit suo simili z causa suo effectui. Jdcirco in patria deus remunerabit hoīes fideles post resurrectionē aīar z corpor secundū merita eor. Q̄m de⁹ est inuisibilis z insensibil's idō fecit se hominē vt cū suo corpore sensibili glorificaret corpora sanctor beatis obiectantib⁹ ip̄3 corpus xp̄i videndo/audiendo/intelligendo/amando/z recolendo ip̄m corpus esse ꝯiunctū cū diuina natura.z sic corpora q̄ in hac vita seruierunt deo gloriabūt p iustitiā in deo. Sarraceni aūt h̄ non dicunt qz negant incarnationē z dicunt q in patria deus remunerabit corpora sanctor cū coitu/vino/lacte z͛.non aūt cum deo obiectiue z sic attribuunt deo iniuriā.z sctī in patria non q̄escunt sic̄ appetit⁹ arbor non q̄escit in posterioribus.ꝙ ortū est signū mediante iustitia q lex xp̄ianor est v̄a:sarracenor aūt falsa. ¶ Ad secundū signū dicendū ē sic.xp̄iani eligunt iudicē sc3 presbiteru3: q̄ det iudiciū de ꝯmissis q̄ fecerunt.z ille presbiter ē vicarius dei rōne sacramenti sacerdotalis supdicti.sarraceni v̄o hoc non faciunt:s3 ꝯfitent deo/q̄ nihil eis respondet: neq3 ip̄i se ip̄os iudicare sciunt.eo qz nullus hō est disposit⁹ ad iudicandū se ip̄3 rōne magni appetit⁹:quē hēt erga se ip̄3.ꝙ z͛. ¶ Jtē ad tertiū signū ē dicendū.xp̄iani reddūt id qđ auferunt.z illa q̄ iniuste possidēt:rata q in hora mort nō reputāt se venire ad gl'ia3 nisi restituant ablata.sarraceni aūt de h̄ non curāt.imo credūt venire ad saluationē sine restitutiōe.significatū ē ꝙ q lex xp̄ianor ē v̄a.sarracenor aūt falsa

De prudentia. Cap. iii.

19 Prudentia ē virtus docens hoīem quomodo ipse agat prudent videlicet q eligat bonū z fugiat malū.z cum s eligat maius bonū q̄3 minus.z cui⁹ euitet maius malū q̄3 minus.z hoc scđ3 ordinationē quā posuimus in planta sapdicta.non q agat id qđ est prius ꝓpt posterius:s3 eꝯuerso.z inde ortū ē signū p prudentiā sc3 q xp̄iani prudent agunt p prudentiā in lege/ip̄is spectantib⁹ gl'ia3/ꝯtemplando deū/z videndo dn̄m ih̄3 xp̄3.Sarraceni v̄o imprudent agunt in lege eo qz spectant summā felicitatē cū coitu cibo/potu z͛.non aūt in xp̄o.qz negant incarnationē.neq3 in deo qz negant trinitatē/z credunt q̄escere in ip̄o p posteriuf videlicet

p opationes quas hẽt in creaturis q̃ sunt impossibilia:naз summa
ques nõ ↄsistit in posterioribus ſз in prioribus.ergo ꝛc.

De fortitudine. Ca. iiii.

Fortitudo ẽ habit⁹ voluntatiſ.sicut prudentia ẽ habit⁹ intellec 20
t⁹.ꝛ ẽ act⁹ ↄtra tẽptationes ꝛ pcc'a/rõne virilitatis cordis.
Unde deduco istud exeplũ.si aliqs hõ vult acqrere castelluз aut
mille florenos fortior erit duз illos acqrit sustinendo passiones:
q̃ acqrendo vnũ florenũ.rõ huius est qꝛ mille floreni sunt p̃us in
valore.vn⁹ aũt posteri⁹.ꝛ qꝛ sarraceni stant ad felicitatẽ corpora
lẽ in paradiso videlicet ad coitũ ꝛc.nõ aũt ad spũalia eo qꝛ negãt
in do act⁹ intrinsecos infinitos ꝛ etnos:ꝛ incernationẽ[vt supius
pbatũ ẽ]sз xp̃iani spectãt i ↄtrario.q̃re patet q̧ inde orit signũ q̧
lex xp̃ianoꝝ ẽ p prius.sarracenoꝝ aũt p posterius.

De temperantia. Ca. v.

Temꝑantia ẽ habitus eq̃lr cõpositus ex actib⁹ intellectus
ꝛ voluntatiſ.ꝛ io scõз q̧ intellect⁹ ꝛ voluntas sunt p̃ores p 21
legẽ p̃orẽ.iõ ẽ tẽperantia p̃us.si aũt fuerint posteriores p legẽ po
steriorẽ tũc tẽperantia ꝛ eius effect⁹ sunt posteriores q̃ ad legeз
xp̃ianoꝝ in q̃ intellect⁹ ꝛ voluntas sunt p̃ores/eo qꝛ spectant frui
tionẽ p trinitatẽ ꝛ incarnationẽ ꝛ p ↄñs temꝑantia ẽ p̃us. Sзqꝛ
sarraceni spectant beatitudinẽ p opationes extrinsecas q̃s deus
hẽt ꝛ etiã p coitũ/cibũ/ꝛ potũ/iõ lex coꝝ est posterior ꝛ p ↄñs in=
tellect⁹ ꝛ voluntas:ꝛ sic de temꝑantia põt dici ergo ꝛc.

De prima virtute theologali. Ca.vi.

Fides ẽ habit⁹ intellectus cũ q̃ intellect⁹ credit v̾itates de 22
deo sup suas vires videlicet sup suũ intelligere.sic volũtas
ẽ q̃ diligit deuз cũ caritate sup suũ nãle velle.xp̃iani altiori modo
obiectãt deũ p fidẽ q̃ sarraceni vt sup̃ significatũ ẽ vз p correlati
ua:ꝛ icarnationẽ p rectã lineã a p̃mo ca.vsq̧ finẽ.vñ pз manifeste
q̧ inde orit signũ q̧ fides xp̃ianoꝝ ẽ v̾a/sarracenoꝝ aũt falsa.

De spe. Cap. vii.

Spes ẽ habit⁹ memorie:ꝛ ẽ effectus diuine mie ꝛ iustitie: 23
eo qꝛ do ẽ possibile qđ hoi impossibile ẽ.qm̃ pbatũ ẽ q̧ i d'us
ẽ mia ꝛ iustitia.ꝛ tu sarracene dicis q̧ nõ.Jccirco inde ortũ ẽ sig
nũ q̧ lex xp̃ianoꝝ ẽ p̃us.tua aũt posterius. Jtẽ xp̃iani dicunt deũ

esse incarnatum/ et ex humana natura natum/ crucifixum/ et mortuum vt redimeret humanū genus. Sarraceni quidem totū hoc negant. et ideo iterū oritur inde signū ꝙ spes est altior per legem xpianoꝝ ꝗ̄ sarracenorū/ qꝛ postꝗ̄ deus tantū humiliauit se: bene sequitur ꝙ exaudiat peccatores/ et ꝙ remuneret iustos ꝛc.

De charitate. Cap. viii.

24 Charitas est habitus voluntatis cū quo ipsa ascendit ad diligendum deū et proximum suum super viribus suis. quoniam deus est voluntas vt probatum est. Sarraceni aūt dicunt ꝙ non. ideo significatū est ꝙ caritas est altior p legem xpianorū ꝗ̄ per legē sarracenoꝝ. Itē xpiani credunt ꝙ deus sit incarnatꝰ et in humana natura natus/ crucifixus/ et mortuus amore humani generis. et sic patet ꝙ caritas creata q̄ est effectus diuine voluntatis est p̄us p legē xpianoꝝ: sꝫ p legē sarracenoꝝ posterius. vnde ꝯcluditur ꝙ lex christianoꝝ est supior: sarracenoꝝ aūt inferior.

De septē peccatis mortalibus

Et primo de auaricia. Capi. primum.

25 Septem sunt peccata mortalia: et sunt priora qꝛ ab hijs alia peccata mortalia/ siue venialia descendūt. quoꝝ 7. sunt p̄us videlicet Auaricia. Supbia. Accidia. Inuidia et Ira. et duo sunt posterius videlicet Gula. et Luxuria. 5. supdicta dicunt̃ p̄ora respectu aīe. sꝫ alia duo dicunt̃ posteriora respectu corporis. iccirco peccatū altius ē p p̄us ꝗ̄ p posterius. eo qꝛ aīa est p p̄us. corpus aūt per posterius. et p̄mo de auaricia dicemus. Auaricia ē hitus voluntatis cū q̄ voluntas agit extra vires suas. sic distans a deo sicē cū caritate ip̄a appropinq̄t se ad deū. Largitas ē oppositū auaricie: et ē effectꝰ caritatꝭ. et caritas ē hitus volūtatꝭ. et qꝛ pbatū ē ꝙ deꝰ ē volūtas: ideo significatū ē ꝙ xpianus pctor p auariciā ē magis ꝯtra suā legē ꝗ̄ sarracenꝰ. sic xpianus iustꝰ q̄ ē altior p largitatē ꝗ̄ sarracenꝰ nō auarꝰ. ex inde pꝫ ꝙ ortū ē signū vꝫ ꝙ lex xpianoꝝ ē p̄us sarracenoꝝ aūt posteriꝰ. Itē sarracenꝰ nō hēt ꝯsciētiā i hora mortis vt in ca. iusticie dictū ē reddēdo quod abstulit aut furatꝰ fuit xpianꝰ ꝯsciētiā hēt q̄ ppt̄ signū ortū ē ꝙ ꝛc. adhuc p experientiā vidimꝰ ꝙ xpiani largiores sūt i elemosina ꝗ̄ sarraceni et i comedēdo et iduēdo/ maiorē familiā hn̄do ꝛc. vn̄ orit̃ signū p largitatē et auariciā ꝙ lex xpianoꝝ ē p̄or: sarracenoꝝ aūt posterior.

De gula. Cap. iii

Gula ē oppositū tēpantie τ ecuerso. τ qz tēpantia ē ɔstituta p intellectū τ voluntatē vt in suo cap. dictū ē. iō significatū ē qꝫ gula ē ɔstituta p intellectū τ voluntatē. τ qz xp̄ianus dicit qꝫ deus ē intellect⁹ τ voluntas. τ sarraceni h̄ negāt / τ tēpantia ē p⁹ p legē xp̄ianoꝝ: posteri⁹ aūt p legē sarracenoꝝ vt in suo cap. pbatū ē. iō dr̄ signū vꝫ qꝫ xp̄anus magis peccat ɔtra suā legē p gulā q̄ȝ sarracenus. sic maior ē in sua lege p tēpantiā / q̄ȝ sarracenus in sua. q̄ ppt̄ ortū ē aliud signū vꝫ qꝫ lex xp̄ianoꝝ ē poꝛ. sarracenoꝛū aūt posterioꝛ. Itē sarraceni rōne magne gulositatꝭ suas manus lingunt. τ cū digitꝭ attrahunt pinguedinē ab ollis / τ a parapsidib⁹. τ deinde lābunt digitos suos. q̄ significatū ē qꝫ lex xp̄ianoꝝ est supius. Itē rōne magne gulositatis sarraceni spectant comedere / τ bibere in paradiso. τ credunt qꝫ in illa sint riuuli vini / olei / mellis / τ butiri. τ qꝫ sedebunt in vmbꝛis arboꝝ fructificantiuꝫ: et oēs fructus comestibiles τ qualescūqꝫ carnes appetant comedere ɔfestim ipsas hēbunt paratas. τ dicunt qꝫ q̄libet sarracen⁹ hēbit potestatē comedendi τ bibendi sic. xl. hoies. xp̄iani aūt h̄ non spectant: sed spectant vitā angelicā. vnde p gulā o:īr signū qꝫ lex chꝛistianoꝝ est vera: sarracenoꝛum aūt falsa.

De luxuria. Cap. iiii.

Luxuria ē habitus cū quo instinctus τ appetitus naturales concupiscunt mulieres contra 6. τ 9. preceptū. quod est alti⁹ p legē chꝛistianoꝝ: q̄ȝ sarracenoꝝ vt pbatū est. ergo significatū est τc̄. Ulterius pbatur qꝫ deus est suus intellectus τ sua voluntas τ in hoie intellectus τ voluntas causant luxuriā mediantibus naturalibus instinctu τ appetitu coꝛpoꝛis. τ hoc ɔtra matrimonū. τ qz deus est intellectus τ voluntas: τ matrimonium est pꝛius p legē chꝛistianoꝝ: posterius aūt p legē sarracenoꝝ. vt in ca. de matrimonio dictū est. oꝛitur ergo signū τc̄. Itē sarraceni in paradiso spectant hēre mulieres. τ qñ hēbunt rem cū illis qualibet vice habebunt eas puellas. τ q̄libet homo hēbit potestatem .xl. hominū ad coitū. τ hoc spectant p magnam licentiā quā habent significatam p Machometuꝫ qui fuit valde luxuriosus. Xp̄s dn̄s noster virgo vixit τ virgo moꝛtuus fuit. τ qz chꝛistiani non spectant coitum in paradiso. ergo significatum est qꝫ lex chꝛistianoꝛū est vera: sarracenoꝛum autem falsa.

De superbia. Cap. iiii.

28 Superbia ē habit⁹ cū q̄ intellect⁹ ⁊ voluntas sunt ꝯtra hu=
militatē q̄ ē effect⁹ prudentie ⁊ caritati[s]. q̄ sunt effect⁹ diui
intellect⁹ ⁊ voluntati[s]. Et qꝫ xp̄iani dicūt ꝙ deus ē suus intellec
t⁹:⁊ sua voluntas:iō oꝛit̄ signū p̄ hūilitatē ⁊ sup̄biā/ꝙ lex xp̄iano
noꝝ ē v̄a/sarracenoꝝ aūt falsa. Itē dñs nr̄ ih̄s xp̄s ⁊ datoꝛ legis
nō fuit sup̄b⁹:īmmo fuit ita hūilis ꝙ ip̄e q̄ dñs angeloꝝ erat p̄mi=
sit se vendi/ligari/alapis ⁊ flagellis cedi:⁊ in cruce suū corp⁹ p̄fo
rari. Machomet⁹ aūt datoꝛ legis sup̄b⁹ fuit in occupādo regnū/
qđ suū nō erat. ⁊ sic de suis ꝯseqn̄tib⁹ q̄ cuꝫ sup̄bia ⁊ ense acq̄siue
rūt regna xp̄ianoꝝ absqꝫ ꝯscientia. ⁊ sic oꝛit̄ signū p̄ sup̄biā ⁊ hūili
tatē/ꝙ lex xp̄ianoꝝ ē v̄a: sarracenoꝝ aūt falsa.

De accidia. Ca. v.

29 Accidia ē hitus voluntati[s] cū q̄ ip̄a ē ꝯtra caritatē. ⁊ cū q̄ hoi
nes sunt pigri/⁊ occiosi/maliuolentes/⁊ maledicētes. ⁊ qꝫ
p̄batū ē ꝙ de⁹ ē bonitas/⁊ voluntas: sꝫ sarraceni negāt h̄. ⁊ cari
tas ē effect⁹ diuine bonitati[s] ⁊ volūtati[s]. iō oꝛit̄ signū p̄ qđ significatū
ē ꝙ lex xp̄ianoꝝ ē v̄a: sarracenoꝝ aūt falsa. Alioqn̄ diuina volūtas
diligeret suū oppositū. ⁊ odiret suū effectū/qđ ē impossibile.

De inuidia. Cap. vi.

30 Inuidia ē hitus cū q̄ hō ē ꝯtra iustitiā ⁊ caritatē: ⁊ qꝫ deus
ē iustitia ⁊ volūtas[vt p̄batū ē] ⁊ iustitia ⁊ caritas create
sunt effect⁹ dei. ⁊ sarraceni negāt ꝙ deus non ē iustitia neqꝫ volū
tas iō significatū ē ꝙ xp̄iani cū sua lege sunt magi[s] ꝯtra inuidiā/q̄ꝫ
sarraceni cū sua. p̄pt̄ qđ significatū ē ꝙ lex xp̄ianoꝝ ē p̄oꝛ: sarrace
noꝝ aūt posterioꝛ. Itē dictū ē in 9. ⁊ 10. p̄cepto. Non inuideas
vxorē ⁊c. ⁊ sic significatū ē ꝙ p̄ legē xp̄iāoꝝ ē hō magi[s] ꝯtra inuidiā
q̄ꝫ p̄ legē sarracenoꝝ. rōne cui⁹ significatū ē ꝙ lex xp̄ianoꝝ ē p̄oꝛ:
[sarracenoꝝ aūt posterioꝛ.

De ira. Cap. vii.

31 Ira ē hitus voluntati[s] cū q̄ ip̄a ē ꝯtra prudentiā/fortitudinē
⁊ caritatē: ⁊ etiā ꝯtra patientiā ab ip̄is causatā: ⁊ qꝫ deus ē
volūtas causans caritatē. ⁊ ē intellect⁹ causans prudentiā. ⁊ sar
raceni dicūt ꝙ de⁹ nō ē volūtas nec intellect⁹. iō significatū ē ꝙ
lex xp̄ianoꝝ ē p̄oꝛ: lex aūt sarracenoꝝ posterioꝛ. Itē dñs nr̄ Ih̄s
cū paciencia fuit ꝯtra irā qn̄ p̄misit se vendi: cū ip̄e sit dñs omniū

thesaurorum. et permisit se alapis cedi/ et suas manus ligari cum ipse sit dominus omnium manuum/ et permisit se flagellari: qui est dominus omnium potestatum. et permisit se interfici: qui est dominus vite. et permisit se coronari de spinis/ qui est dominus honorum et regum. Machometus qui dedit legem sarracenis pauper et vilis fuit quia non habuit patientiam et sic de suis consequentibus et acquirentibus regna christianorum cum ense/ superbia/ et impatientia. que quidem sunt acquisita a christianis cum humilitate et patientia. ex istis ergo oritur signum quod lex christianorum est vera: sarracenorum autem falsa.

De nouem ordinationibus seu principijs ecclesie catholice. Ca. primum.



Cum nouem principijs ordinatis probabo quod lex christianorum est prior/ sarracenorum autem posterior: et cum hoc probabo quod lex que est prior sit a diuina voluntate diligibilis: alla autem que est posterior odibilis/ ipsis legibus existentibus contrarijs per beatissimam trinitatem et incarnationem. christianis affirmantibus et diligentibus beatissimam trinitatem et incarnationem. et sarracenis illas negantibus et odientibus. et sic patet quod lex que est prior est vera: illa vero que est posterior est falsa. alioquin diuina voluntas esset contra iustitiam diuinam et veritatem. Quam contrarietatem diuina iustitia et veritas non possent sustinere.

Primo de preceptore. Ca. ii.

Dominus noster Jhesus christus fuit preceptor et dator legis/ ipse est deus et homo/ vt probatum est/ et voluit esse pauper ad dandum exemplum quod paupertas bona est. nam diuine occupant orationem. Et sanctam vitam duxit vt sua sancta vita esset exemplum vite sanctorum. Humilis fuit eo quia ipse erat rex et sub dominio herodis siue cesaris permisit se iudicari/ flagellari/ et mori et talem vitam dedit apostolis. Machometus autem dedit alchoranum/ quem vocant sarraceni legem machometi: ipse enim fuit homo pauper et sui primi parentes fuerunt idolatre. et ipse se regem fecit vt dictum est et mortuo suo auunculo accepit pro vxore vxorem auunculi sui: et sua bona habuit et ipse mortuus est in terra: sed christus est viuus in celo/ et hoc asserunt sarraceni: et etiam dicunt christum esse spiritum dei et verbum dei et ex virgine natum. et multa alia que possunt dici. patet ergo quod 52

xp̄s est preceptor τ p̄or/machometus aūt posterior. τ deinde manifeste legē xp̄ianoꝝ esse verā: sarracenoꝝ aūt esse falsam.

De ecclesia. Cap. liii.

53 Diximus supra de ecclesia/sed adhuc ꝓpono dicere de ipsa hic. Ecclesia ꝯsistit ꝑ fidē/spē/τ caritatē p̄us. τ ꝑ prudentiam/iustitiā/fortitudinē/τ tempantiā posterius. τ talis ecclesia est christianoꝝ/non aūt sarracenoꝝ q̄ non hn̄t fidē/spē/nec caritatē q̄ non danť a deo nisi cū veritate. τ sic ecclesia sarracenoꝝ hēt virtutes cardinales absq3 fructu. sicē est ceus hn̄s oculos sine obiecto. Itē si in ecclesia sarracenorū ē vnus clericus. in ecclesia xp̄ianoꝝ sunt 10. τ plures. τ si ecclesia sarracenoꝝ hēt vnū honorē. ecclesia xp̄ianoꝝ hēt centū. τ si in ecclesia sarracenorū ē vnus religiosus/in eccl'ia xp̄ianoꝝ sunt centū. in eccl'ia sarracenoꝝ non sunt mulieres religiose: s3 in eccl'ia xp̄ianoꝝ sunt mlťe. q̄ꝝ plures sunt ꝟgines. τ sic p3 ꝑ an̄dicta q lex xp̄ianoꝝ ē ꝟa: sarracenoꝝ ꝟo falsa. Alioqn diua voluntas diligeret qđ ē posteri⁹: τ odiret qđ ē p̄us. τ h̄ sua bonitas/iustitia τc. sustinere non possent.

De oratione. Ca. liiii.

54 Ait xp̄ianus sarraceno ꝑ vnā orationē factā ad deū a clericis sarracenoꝝ fiunt 10. orones τ plures a clericis xp̄ianorū. Adhuc qr clerici xp̄ianoꝝ orant cū sacrificio v3 cu3 eucharistia/sarraceni ꝟo non orant cū sacrificio. qua ꝑpť ex hoc oritur signu3 v3 q lex xp̄ianoꝝ est p̄or: sarracenoꝝ aūt posterior. Itē tu sarracene dicis q deus non ē bonus/magnus τc. q̄ ad se: s3 quo ad entia creata. ego aūt dico q̄ ad se vt iam tibi ꝓbatū ē. vnde seq̄tur secundū te q summa beatitudo ꝯsisteret in nobis: τ non in deo. sed secundū me ē totū in contrariū. τ iō significatū ē q oro xp̄ianoꝝ ē p̄or sarracenoꝝ aūt posterior. Itē xp̄iani hn̄t multos sc̄tōs τ sanctas: q̄s ipsi rogant τ honore eoꝝ ieiunant τ celebrant vt orent ꝺum pro eis: sarraceni ꝟo non hn̄t nisi machometū. τ ꝑ hoc ortum est signū τc. Adhuc dictū est in capi. mie q xp̄s homo deus inq̄tū est homo/orat ꝓ nobis τc. τ ideo signū est ortū q oratio nostra preualet vestra: τ iō si oro nostra sit prior τ vestra posterior sequitur q lex nostra est prior: sed vestra posterior/ τ q lex nostra est vera: τ vestra est falsa:

De elemosina. Cap. v.

Christiani hñt religiosos multos/ ꝛ multas religiosas eli= 35
gentes virginitatẽ ꝛ paupertatẽ amore dei: ꝛ populos dat
eis necessaria ꝛ ꝯstituit eis pulchra monasteria ꝛ ecclesias:in qui
bus morant᷑.sꝫ sarraceni de hoc non curant. Itēꝫ xp̄iani faciunt
hospitalia in q̄bus recipiunt᷑ paupes/infirmi/ꝛ peregrini:ꝛ in q̄li
bet ciuitate faciunt vnū hospitale/aut duo/aut tria: sꝫ de sarrace
nis nunq̄ꝫ audiui ꝙ ipsi habeant nisi duo hospitalia.vnū in Tuni
tio.alō in Alexādria.ꝛ sic orit᷑ p hoc signū ꝛc. Itē dicit᷑ ꝛ ego cre
do ꝙ plus ē hoc qd dāt xp̄iāi in festis sanctoꝝ amore dei: q̄ꝫ qcq̄d
dant sarraceni p totū annū/ꝛ plus xp̄iani dant paupibus euntib⁹
hostiatiꝫ decies:q̄ꝫ qcq̄d sarraceni omnibus suis paupibus. Ad
huc christiani dant clericis decimā amore dei:sarraceni nequaq̄ꝫ
Ostendit᷑ ergo p elemosinā ꝙ lex christianoruꝫ est supior:ꝛ vera
sarracenorum aūt inferior ꝛc.

De ieiunio. Cap. vi.

Xp̄iani ieiunant in q̄dragesima 40.diebus:sꝫ sarraceni 30 36
ꝛ xp̄iani non comedunt nisi semel inter diē ꝛ noctē:neq̄ꝫ co
medunt carnes. Sarraceni aūt comedunt bis in nocte: ꝛ plus
si velint:ꝛ comedunt carnes.ꝛ sic oritur signū p ieiuniū videlicet
ꝙ lex xp̄ianoꝝ est supior.sarracenoꝝ aūt inferior.Xp̄iani ieiunant
aduentū xp̄i/vigilias sanctoꝝ/ꝛ 4.tempora ꝛ multi sunt ieiunan
tes cum pane ꝛ aqua.sarraceni vero nequaq̄ꝫ.

De contrictione. Cap. vii.

Probatū est ꝙ deus est sua bonitas/magnitudo ꝛc.ꝛ sic q̄n
xp̄iani peccant contra bonitatē/magnitudinē ꝛc.magis sunt 37
dispositi ad habendū contrictionē de cōmissis/q̄ꝫ sarraceni dicen
tes ꝙ deus non ē sua bonitas magnitudo ꝛc.ꝛ qꝛ illa ꝯtradictio q̄
est magis disposita est p̄us. ꝛ illa q̄ est minus disposita posterius.
Unde oritur signū p contrictionē ꝛc. Itē xp̄iani credunt beatissi
mā trinitatē ꝛ incarnationē.ꝛ ideo quando peccant maioreꝫ con
trictionē debent habere de cōmissis q̄ꝫ sarraceni/negantes diui=
nā trinitatē ꝛ incarnationē.ꝛ sic ostenditur signū ꝛc. Item in le=
ge xp̄ianoꝝ ē istud preceptū a deo datū.Dilige dn̄m deū tuū ex to
to corde tuo/ ꝛ ex tota anima tua/ꝛ ex tota mente tua/ ꝛ ex totis

viribus tuis: sed tale mandatum nec equiualens est in lege sarracenorum. et sic quando christiani peccant contra predictum preceptum maiorem contritionem habere debent quam sarraceni. et ideo significatum est quod lex christianorum est prior. etc.

De confessione. Cap. viii.

38 Christiani confitentur presbiteris et vicarijs dei: et hoc cum magno dolore / verecundia / et tristitia de commissis. sed sarraceni de tali confessione non curant. sed confitentur deo vt dictum est. et quia confessio per legem christianorum est prius: per legem autem sarracenorum posterius. ideo sequitur quod lex christianorum est superior. sed lex sarracenorum etc. et sic ostenditur signum per confessionem quod lex christianorum est vera. etc.

De satisfactione. Cap. ix.

39 Per legem christianorum satisfactio est disposita de commissis mediante confessione. et presbitero existente iudice vt supius dictum est sed per legem sarracenorum non est disposita. quia carent confessione et iudice spirituali. et quia dispositio dicit habitum positiuum. et indispositio habitum priuatiuum / adeo oritur signum quod lex christianorum est prior etc.

De glorificatione. Cap. x.

40 Xpiani credunt videre in paradiso per intellectum essentiam dei et suam operationem quam habet per trinitatem / habentem actus infinitos et eternos per capitula superdicta probatos. et per talem visionem / et delectationem / et amorem oritur signum quod lex christianorum est etc. Item christiani dicunt quod deus est factus homo et cum corpore illius hominis glorificabit et remunerabit omnia corpora sanctorum per visum et auditum. et vt ego credo per tactum suos pedes osculando / satisfaciendo gustui / tactui et olfatui. Sarraceni autem hec omnia negant / negando incarnationem. et sic oritur signum etc. Item christiani non spectant habere in paradiso coitum: sed vitam angelicam / vt dictum est. sed sarraceni spectant habere coitum / cibum / et potum. ideo per legem christianorum significatum est quod paradisus est valde mundus: et ab omni immunditia prolongatus. sed per legem sarracenorum significatum est totum oppositum. idcirco significatum est quod lex christianorum etc. ¶ Probatum est per 40. signa et hoc vere et assertiue quod lex sarracenorum est falsa. christianorum autem vera. predictis rationibus auditis a sarraceno ipse diu considerauit et post suspirauit et a christiano se prolongauit et disputationem dimittens disparuit.

De tertia parte: que est de ordinatione: seu fine huius libri / cum quadam exhortatione ad principes christianos.




Sarracenus et christianus vt in principio dictum est ad inuicem consenserunt quod ambo facerent istum librum per modum disputationis. in qua disputatione non auctoritatibus sed necessarijs rationibus vterentur. eo quia auctoritates facile calumniantur ratione diuersarum expositionum. et etiam quia christianus non credit auctoritatibus ex lege sarracenorum nec sarracenus contra legi christianorum. Sarracenus item dixit. quod bonum esset quod vt disputatio tractabatur in lingua arabica etiam liber componeretur in sermone arabico vt melius intelligeretur a suis sarracenis. Quod non displicuit christiano. quia in arabico doctissimus erat. Finis igitur propter quem liber iste eo modo quo diximus compositus fuit / talis est. vt videlicet mittatur quouis gentium ad sapientes et viros doctissimos tam christianorum: quam sarracenorum vt ipsi viderent illum: et iudicarent de rationibus in eo adductis. Sed quia pacta disputatione sarracenus quasi confusus disparuit. statim christianus predictum librum ex suis rationibus et sarraceni in arabico compositum misit primum ad episcopum Bugie qui inter sarracenos valde doctus habebatur / rogans eum vt ipse cum suis sapientibus et doctoribus sarracenis librum hunc videre et examinare velit / et rationibus christiani dignetur aut consentire aut respondere. Qui scilicet episcopus habito libro post paucos dies iussit predictum christianum extrahi a carcere et ex toto regno Bugie statim ejici hac conditione et lege quod si ad eam iterum rediret pena capitis puniatur. Quod a sarracenis illico factum est. Accidit quod tunc quedam nauis christianorum staret in portu Bugie infra paucos dies discessura. in quam Raymundus longo carcere et iniurijs: quas passus fuerat / fatigatus sarracenis impellentibus se coniecit. Que quidem nauis cum ad ciuitatem Januensem ventura esset tempestate coacta ad portum pisanum cursum diuertit. A quo cum distaret per decem fere miliaria et non amplius passa est naufragium et Raymundus christianus cum quibusdam marinarijs expoliatus et nudus vix ad portum applicuit et omnibus bonis suis et libris qui sibi chariores erant / amissis in mari in ciuitatem Pisanam se recepit. in qua cum per aliquos dies commoraretur recordatus disputationis illius

quam habuerat cuȝ sarraceno Bugie: cepit longa vigilia ꝛ men tis eleuatione reducere ad memoriā totā fere disputationē: ꝛ ma teriā illius libri: quē ad epm Bugie in sermone arabico miserat. ꝛ ex illis rōbus iterū composuit istū librū in sermone latino: quē misit ad dñm Papā: ꝛ reuerendos Cardinales. vt ipsi viderent antedictas rōnes xpiani ꝛ sarraceni ꝛ ostenderent ipsas sapienti bus xpianis. vt comoneantur saltē qbus fundamentis intendūt sarraceni destruere legeȝ xpianoꝝ ꝛ de quibus faciunt plures li bros. quoꝝ vnū xpianus perlegit. ego inquā Raymundus cū essē in carcere. cum qbus libris multos decipiunt xpianos: q se sarra cenos faciunt. maxime cū non habeant intellectū eleuatū nec in scientia bene fundatū ad soluendū predictas rōnes cum qbus ꝛ cū promissione multarū diuitiarum ꝛ mulierū multos attrahunt fideles ꝛ conuertunt ad legē machometi. Quod xpiani sarrace cis non faciunt: ꝛ negligenter faciunt. qꝛ non curant dare consili um: nec auxiliū sarracenis: q se faciunt xpianos. vnde euenit ꝙ si vnus sarracenus xpianus efficitur: decē ꝛ plures xpiani efficiun tur sarraceni. De quo habemus experientiā in regno egipti: in quo tertiā partē militie Soltani constat fuisse xpianam. Sarrace ni. n. per modū quē diximus multū laborant in multiplicando su am legē ꝛ occupando nřas terras cum ignominia ꝛ verecundia xpianoꝝ. ¶ Considerēt igitur xpiani principes maxime illi: q huic malo obuiare possent ꝛ non faciunt qd erit in fine. Deus. n. nec cogi nec decipi pōt. Considerent tres potentissimos Tarta roꝝ impatores quoꝝ vnꝰ: ꝛ idē maioꝛ nūcupatur magnꝰ Canis. q terrā presbiteri Joannis possidet. ꝛ vltra istum imperatorē ad partes orientales alius enascit magnus dñs. Secundus impe rator dominat ad partes septentrionales cui nomen est Totay. Tertius est q dominatur Persie vsqꝫ ad indiam ꝛ vocatur Car benda. q tempore Casiani fratris sui factus fuit sarracenus cum oibus suis militibus. Unde non oportet regē francie ire in Su riā nec in aliquā partē Persie conuicinā. alioqn iste Carbenda ꝛ Soltanus multū possent nocere xpianis. Qui qdem tres imp atores maiores terras in duplo possident: ꝙ oēs reges xpianorū ꝛ sarracenoꝝ. Considerent igitur xpiani qd erit in fine. Nestori ani insuper. ꝛ Jacobini cū odio habeant latinos iaȝ incipiunt pre dicare ꝛ peruertere tartaros dissemiando suā sectā erroneā ꝛ ve nenosam doctrinā. Quid igitur agitis latini qbus datū ē a deo


qui multum diligibilis ꝛ timibilis est potestatem acquirendi totũ vniuersum: nisi culpa vr̄a remaneat. vt latius figuratũ est in libro quē fecimus de fine. In quo ostendimus in quanto periculo con stituta esset religio xp̄iana nisi de remedio prouideatur. Ex quo libro ꝛ ex antedictis satis patet manifeste quantũ esset bonuȝ: ꝙ Papa ꝛ reuerendi cardinales q̄ sunt thesaurus ecclesie vt mun dus restauraretur in bono statu intenderent ad tria sine q̄bꝰ mũ dus non pōt esse in bono statu. Que tria cũ sint in potētia ꝛ ocio sitate ꝛ possent reduci ad actũ per maiores nr̄os ꝛ non reducunt maxime ꝑ illos: q̄bus per vicariam beati Petri comendatus est mundus vniuersus maximā culpā attribuunt xp̄ianis ꝛ fidei ca= tholice magnũ detrimentũ. Est primũ e tribus supradictis vide licet ꝙ dn̄s papa: ꝛ reuerendi cardinales curarent vt quattuor vel q̄nqȝ monasteria construerentur in perpetuũ: in q̄bus viri re ligiosi ꝛ seculares litterati ꝛ deuoti feruentes in charitate: ꝛ cupi entes mori pro veritate ꝛ lege illius: q̄ pro salute nr̄a morteȝ non timuit. addiscerent diuersa idiomata ꝛ linguas infideliũ. ꝛ deinde irent ad predicandũ euangelia per vniuersum mundum: vt dn̄s noster Ihs xp̄s in sua lege benedicta precepit. Quod ob defectũ intelligentie idiomatũ multi non faciunt: aut si faciunt nihil pro= sunt cũ apud infideles q̄bus predicant nec intelligant: nec intelli gantur. istud bonũ comodũ fidei xp̄iane multis in libris nr̄is non sine lachrimis in vanũ scripsimus. Secundũ est ꝙ de omnibꝰ religionibus ꝛ ordinibꝰ militie videlicet de ordine Templi / Hos pitalis alemanoꝝ / Vclensiũ / Calatraue / atqȝ sepulcri fieret aliuf ordo alio nomine nuncupatus q̄ assidue staret in frontaria cōtra sarracenos: qꝛ ad hoc in principio constituti fuerunt. Quiq̄dem ordo p̄mo iret in Granatā in qua magnus thesaurus sarracenoꝝ est ꝛ fundamentũ lapideũ: ꝛ qꝛ prope est. Et granata acq̄sita trā sirent in berberiā nā ipsa similiter ꝓpe est. Deinde successiue vsqȝ ad acq̄sitionē terre sancte: ad quā ire primo per Suriā nimis esseȝ periculosuȝ: qꝛ longus est circuitus ꝛ ꝑ terras infideliũ ꝛ funda= mentũ est arenosuȝ ꝛ labile. Tertiũ est ꝙ dn̄s papa ꝛ reueren di cardinales decimaȝ totius ecclesie: quā dant regibus xp̄ianis: consignarent ad istā sanctam expeditionē ꝛ passagiũ: contra ini= micos fidei catholice quoadvsqȝ terra sancta sit acq̄sita. Nam de cima ideo a laborantibus data est. vt ecclesia ꝑ ipsam honoretur / substentetur / ꝛ augeatur fides catholica: non aūt vt reges ipsam

deducant in alios vsus forsitan non bonos:quod malum est. Et hijs tribus ordinamentis fortassis mundus posset redire in bonũ statũ vt largius loquuti sumus in libro quẽ supradiximus de fine ꝛ quẽ presentauimus regi Aragonie ꝛ ipse statim misit illum ad dñm papam:ꝗ nunc ipsum habet:quando in monte pesulano me presente obtulit totũ suum regnũ/suam personã/suam militiam ꝛ thesaurum ad pugnandũ contra sarracenos omni tempore:quo placeret dño pape/ꝛ dominis cardinalibus sum ego de hoc certissimus:qꝛ tunc temporis presens eram. Finit libellus de disputatione xp̃iani ꝛ sarraceni.in quo si ego Raymundus aliquid cõtra fidem catholicam sum loquutus hinc confiteor me dixisse ignoranter:ꝛ non scienter ꝛ submitto me ꝛ ipsum librum correctioni maiorum dñorum ꝛ doctorum catholicorum: ꝛ sancte matris ecclesie Romane tanꝙ fidelis ꝛ verus christianus.



Anno dñi M.ccc.viij.finiuit Raymundus istum librum secũdo in sermone latino Pisis in monasterio sancti Dominici in mense Aprili: quẽ pmo composuerat in lingua arabica vna cum Homerio sarraceno in Ciuitate Bugia.

Deus cum tua gratia & benedictione incipimus tractatum de demonstratione per equiparantiaz quod in diuinis sit distinctio. Prologus.





Quoniam quicquid demonstratum est ab antiquis demonstratū est aut p qd: aut p quia. Et sbm huius libri ē inuestigare distinctionē in diuinis psonis per demonstrationez: q̄ fieri non pōt p qd. ex eo qz deus non hēt sup̄ se aliqd. & demonstratio p qz non est potissima. Idcirco intendimus pbare distinctionez predictam per eq̄perantiā actuū diuinaꝝ rationū. Et qm̄ demonstratio in q̄tuz huiusmodi pcedit ex ꝑmitiuis/veris/immediatis/ & necessarijs ꝑncipijs/nō p talia ꝑncipia volumus facere istā demonstrationez quā p eq̄perantiā nominamus. Et sicut exēplificauerimus in diuinis: ita & in alijs rebus fieri poterit suo modo. ¶ Appellabim⁹ igit̄ ista ꝑncipia ꝑmitiua simpliciter: & absolute: non ex eo q̄ alia ab eis descendant: sed qz ipsa ab alijs non descendunt. Et in hoc apte patet q̄ talis ꝑmitiuitas retinet magis naturā ꝑmitiuitatis: q̄ꝫ ꝑmitiuitas cause ad effectū. qz ista ē respectiua: illa xo absoluta. Uerbi gr̄a sic intellectus est ꝑmitiuus p suū intelligere: & voluntas p suū velle ad oēs alias dignitates: ex eo qz oēs alie habēt intelligi p intellectū: & velle p voluntatē: non tamen sic effectus p causas. Cū alie dignitates sint eis equalentes in esse & natura: et p suos actus pprios sint etiā ꝑmitiue. Sic bonitas diuina q̄ p suū bonificare est ꝑmitiua ad bonū intelligere & amare. & diuina magnitudo p suū magnificare ē ꝑmitiua ad magnū intelligere: & amare. & eternitas p suū eternare ad eternū intelligere & amare. Et sic de alijs circulariter scdꝫ suos actus. dicimus aūt istaꝫ ꝑmitiuitatē circularē. quia est pmanens intra essentiam dei & non extra. ¶ Q. etiā ꝑncipia ex q̄bus ista demonstratio pcedit sint xa ostendimus tali modo. Quicq̄d vere intelligit̄/vere hēt intelligi p intellectū. & q̄cq̄d vere diligit̄ vere hēt diligi p voluntatē. a simili q̄cq̄d vere bonificat̄/vere hēt bonificari p bonitatē. & quicq̄d vere magnificat̄/vere hēt magnificari p magnitudinez. & quicq̄d vere

eternificat vere habet eternificari p eternitatē.ꝛ sic de alijs dignitatibus suo modo. ¶ Immediata dicimus ex eo qꝛ non ē dare mediū inter potentiā ꝛ suū ꝓpriū actū.sicut inter intellectū ꝛ intelligere.voluntatē ꝛ velle.bonitatē ꝛ bonificare.magnitudinē ꝛ magnificare.eternitatē ꝛ eternificare.ꝛc. ¶ Necessaria qꝛ de necessitate ad intellectū diuinū seqtur intelligere. cū in deo non sit dare potentiā sine actu.ꝛ ad voluntatē velle.ad bonitatē bonificare.ad magnitudinē magnificare.ad eternitatē eternare ꝛ sic de alijs. His premissis in isto ꝓlogo seruabimus sequentē ordinē ¶ Primo probabimus actus ignotos p actus notos in diuinis. sc̄ bonificare ꝛc̄.p intelligere ꝛ amare. Secundo p istos actus ꝓbabimus concordantiā.ꝛ p concordantiā differentiā.ꝛ p differentiā ꝛ concordantiā equalitatē in diuinis personis.ꝛ postea descendemus ad ꝓpositū p̄ncipale. Istā inuestigationē quā facimus ꝓbabimus p tria p̄ncipia nostre artis generalis:q̄ sunt hec q̄ sequunt̄ scʒ concordantia differentia.eq̄litas. q̄bus mediantibus demonstrabimus distinctionē predictā in diuinis qd̄ est nr̄m intentū.

¶ Q. aūt bonitas habeat actū ꝛ sic de alijs.isto modo ꝓbabim⁹. Quandocūqꝫ aliq̄ rationes ita se hn̄t:ꝙ quedā hn̄t ꝓprios actus quedā vero non:realiter se ipis differunt. Sed si diuinus intellectus ꝛ diuina voluntas hn̄t ꝓprios actus.diuina aūt bonitas magnitudo.eternitas ꝛ sic de alijs non.ꝰ realiter se ipsis differunt. Sʒ constat ꝙ realiter in deo non differunt.ergo diuina bonitas et sic de alijs ꝓprios hn̄t actus. Probatū est ꝙ diuina bonitas ꝓpriū hēt actū scʒ bonificare ꝛ sic de alijs. ¶ Q. aūt ex tali actu seq̄tur concordantia sic pōt ꝓbari. Ubicūqꝫ est dare actū:est dare agēs ꝛ agibile.sʒ agens ꝛ agibile conueniunt in agere.ꝰ vbicūqꝫ est actus est concordantia:sine q̄ non pōt esse talis actus. ¶ Q. aūt ex concordantia seq̄tur differentia sic pōt demonstrari. Ubicūqꝫ est concordantia sunt plura:sʒ vbicūqꝫ sunt plura ē dare differentiā ergo vbicūqꝫ est concordantia ibi est danda differentia. ¶ Ex differentia ꝛ concordantia in deo ꝙ seq̄tur eq̄litas isto modo ꝓbat̄ In omni sbō in quo est dare concordantiā:ꝛ differentiā infinite ꝛ eterne:est equalitas earūdē infinite ꝛ eterne. Sed in deo est dare differentiā ꝛ concordantiā vt ꝓbatū est.ꝛ sunt infinite ꝛ eterne ꝛ ita necessarie ꝙ neq̄unt aliter se hēre. ergo in deo est danda eq̄litas ex predictis. Et sic ꝓbatus est ꝓlogus p principia:ꝛ ꝓbatio neɋ supdictas q̄bus mediantibus ꝓseq̄mur intentū. ¶ At quia

materia valde est difficilis et sublimis si in ea ptractanda in aliq errauero: aut improprie loquutus fuero rogo vt non ex mea intentione: sed ex ignorantia id factū esse intelligatur. vnde determinationi sancte Romane ecclesie submitto quicquid dixero in isto libro et alijs tanq̄ catholicus: et verus xpianus.

Sed quia aliqui dicunt q ad probationem trinitatis destruitur fides sicut scriptū est. fides non hēt meritū: vbi humana rō prebet experimentū: prius ad hoc paucis respondebimus. q̄ ad nrum intentū veniamus. et primo sic dicemus. Dn̄s noster Jh̄s Xp̄s certificauit beatū Thomam qn̄ ipse voluit p experientiā probare fidei veritatē: dum misit manū suā in fixurā clauorum: et in vulnus lateris eius. Quod sapiens et bonus magister Xp̄s non sustinuisset: si discipulus ppter hoc meritū amisisset. Item experimentū non fit de sp̄ualibus: sed de corporalibus solū. Similiter nos non sumus creati maxime ad meritū nostrū: sed ad cognoscēdum amandū: et memorandū dominū nostrū Jh̄m xp̄m. Ulteri' si nobis deficerent rōnes: semp ad fidē haberemus recursum. et sic fides remaneret in habitu. Preterea Esayas dicit nisi credideritis non intelligetis. qsi dicat pfecta. si credimus hoc qd dicimus mediante fide intelligemus. Rursus intellectus maius meritum acqrit quando obiectat deū intelligendo: q̄ credendo. qz intelligendo est magis intensiuus: q̄ credendo. cū intelligere sit de sua ratione. credere vo non. Postremo qz infideles non stāt ad auctoritates fideliū. sed ad rōnes. Et sic de multis alijs rōnibus: que ad hoc adduci possunt. Unde constat manifeste q non sit contra fidē huiusmodi disputatio: sed potius ad exaltationē et honorē fidei xpiane. Quoniam infideles dicunt nolumus dimittere fidem pro fide: nec credere pro credere: sed bene credere pro intelligere dimittemus. cum intellectus magis amet propriū q̄ appropriatum nunc ad principale intentū veniamus.

Diuisio.

Partitur liber iste in tres distinctiones. Prima est ad probandum distinctionem in diuinis. Secunda q persone diuine sint tres et non plures nec pauciores. Tertia ad probandum q hee tres persone sint pater: filius: et sp̄us sanctus. et primo de prima sic incipiemus.

De prima distinctione.



Ubicunqȝ est concordantia ibi est pluralitas. sed in diuina bonitate est concordātia. ergo in bonitate diuina est pluralitas. Maior euidens est ꝛ pbata sup in plogo. Minor declaratur sic. vbicūqȝ est act⁹ ibi est concordantia agentis ꝛ acti in ipo actu. sȝ in diuina bonitate est actus scȝ bonificare vt monstratū est. ergo ꝛ cet'a. Relinquitur ergo ꝙ sit distinctio in diuina bonitate inter bonificantē ꝛ bonificatū ꝛ bonificare. ¶ Iterū vbicūqȝ est concordantia ibi est pluralitas: sȝ in diuina magnitudine ē concordantia. ergo in diuina magnitudine est pluralitas. Maior ꝛ minor patent sicͭ dictū est de bonitate. Relinquitur ergo ꝙ sit distinctio in diuina magnitudine inter magnificatiuū ꝛ magnificabilem ꝛ magnificare. ¶ Itē vbicūqȝ est concordantia ibi ē pluralitas: sȝ in diuina eternitate ē concordantia. ergo in diuina eternitate ē pluralitas. ꝛ est sillogismus manifestus sicͭ ꝛ supdicti. Et sicut pbatū est p concordātiā de hijs tribus dignitatibus diuinis/sic pōt dici de alijs suo modo scȝ de diuina potestate. intellectu. voluntate. virtute. veritate gloria. concludit ergo distinctio ꝛc. ¶ Itē vbicūqȝ ē eq̄litas: est dare differentiā inter eq̄lia: sȝ in diuina bonitate ē dare eq̄litatē inter bonificantē ꝛ bonificatū ꝛ bonificare. ergo in diuina bonitate est dare differentiā inter bonificantē ꝛ bonificabile. Maior de se patet: minor sic declarat. q2 si inter bonificantē ꝛ bonificatuȝ non esset eq̄litas: actus non pcederet ab ambobus eq̄liter. sȝ constat ꝙ pcedit eq̄liter. ergo ꝛc. ¶ Itē vbicūqȝ ē eq̄litas est dare differentiā inter eq̄lia: sȝ in diuina magnitudine est eq̄litas inter magnificatiuū ꝛ magnificabile. ergo in diuina magnitudine ē dare differētiā inter magnificātē ꝛ magnificatū. Maior ꝛ minor sunt manifeste sicͭ dictū est de diuina bonitate. Relinquitur ergo ꝙ in diuina magnitudine sit distinctio inter magnificatiuū ꝛ magnificabile ꝛ magnificare. ¶ Itē vbicūqȝ est dare eq̄litatē est dare differentiā inter eq̄lia: sȝ in diuina eternitate ē eq̄litas inter eternificantē eternificatū ꝛ are. ergo ꝛc. ꝛ est sillogismus euidens sicͭ supra. Et sicut pbatū est de istis tribus dignitatibus: sic pōt dici in alijs scȝ in diuina potestate. intellectu. voluntate. virtute. veritate ꝛ gloria.

Diximus de prima distinctione in qua pbauimus p concordantiam ꝛ equalitatē esse distinctionē in diuinis p quā distinctionem

apparet manifeste plures res reales eē in deo ꝺ necessitate. Cum
qꝺ est impossibile non esse: necessariū ē esse. ꝛ qꝛ impossibile ē non
esse distinctionem in diuinis [vt probatū est] necessarium ē ergo
ipsam distinctionem esse.

De secunda distinctione.



In ista distinctione intendimus ꝓbare qꝫ in deo sint tres ꝑsone. ꝛ non plures: nec pauciores. ꝛ hoc ꝓbabimus ꝑ maioritatē actionis: distinctionis: equalitatis ꝛ ꝯcordantie discurrendo ꝑ diuinas rōnes ꝛ hoc sic. ¶ Illa essentia in qua sufficit vnica actio. vnica passio. ꝛ vnicus actus est magis in maioritate actionis: ꝙ̄ illa in qua sunt plures actiones: plures passiones: ꝛ plures actus. Sed in diuina bonitate sufficit vnicus bonificans. ꝛ vnicus bonificatꝰ ꝛ vnicū bonificare. ꝫ diuina bonitas ē in maioritate actionis magis ꝑ illa tria: ꝙ̄ si essent plura vel pauciora. Maior declarat̄ sic qꝛ si due actiones numero differentes sunt in eadē essentia: vna limitat agere alterius. ꝛ sic de duabus passionibus ꝛ actibus numero differentibus. Sed sic̄ monstrat̄ / in diuina bonitate sufficit vnicus bonificans. ꝛ vnicus bonificabilis. ꝛ vnicū bonificare. eo qꝛ sunt infiniti. qꝺ nō possent esse si essent plures bonificatiui. plures bonificabiles. plura bonificare. quare ꝛc̄. Et sic̄ dedimus exē plū de actione ꝛ passione ꝛ actu in bonitate diuina. ita pōt ꝯcludi de magnitudine eternitate ꝛc̄. ¶ Illa essentia in qua sufficit vnicus distinctiuus. generatiuus. ꝛ ꝓductiuus de se. ꝛ vnicus distinguibilis. generabilis ꝓducibilis: ꝛ vnicū distinguere ꝑ spirare ꝛ amare ē magis in maioritate distinctionis: ꝙ̄ illa in q̄ sunt plures distinctiui. distinguibiles. ꝛ distinguere. Sꝫ in diuina magnitudine sufficit vnicꝰ magnificatiuus. q̄ q̄dē est distinctiuus. generatiuus. ꝛ ꝓductiuus de se. ꝛ vnicus magnificabilis. q̄ q̄dē est distinguibilis. generabilis. ꝛ ꝓducibilis. ꝛ vnicū magnificare. qꝺ q̄dē ē distinguere ꝑ spirare ꝛ amare. ꝫ diuina magnitudo ē in maioritate distinctionis plus ꝑ illa tria: ꝙ̄ si essent plura aut pauciora. maior ꝛ minor declarant̄ vt sup̄. ¶ Tamen ad excusandū nos intē dimus dicere qꝫ ē vnicus distinctiuus. generatiuꝰ respectu filij ꝛ filius vnicꝰ distinguibilis generabilis respectu pr̄is: sꝫ pr̄ ꝛ filius simul sunt vnicus distinctiuus respectu sp̄us sancti: ꝛ sp̄us sctūs vnicuꝫ distinguere ꝑ spirare ꝛ amare respectu pr̄is ꝛ filij. q̄ sunt

vnicus distinctiuus spiratiuus. Et sicut dedimus exemplum in diuina magnitudine sic pōt dari in bonitate ꝛ eternitate. ꝛ h̄ idē de excusatione quā dedimus in sillogismo proxime dicto. ¶ Illa essentia in q̄ suffic̄ vnic⁹ ꝯcordatiuus. vnic⁹ ꝯcordabilis. ꝛ vnicū concordare p amorē/est in maioritate ꝯcordantie: q̄ illa in q̄ sunt plures concordatiui. concordabiles. ꝛ plura cōcordare p amorē. Sꝫ in diuina eternitate sufficit vnicus eternificatiuus cōcordatiuus. vnicus eternificabilis ꝯcordabilis. ꝛ vnicū eternificare concordare p amare. ḡ diuina eternitas ē in maioritate cōcordantie plus p ista tria: q̄ p plura: aut pauciora. ꝛ ē sillogismus euidens sicut sup̄. Et sic dedimus exemplū de concordantia in diuina eternitate: ita pōt dari in diuina bonitate ꝛ magnitudine ꝛc̄. ¶ Illa essentia in qua suffic̄ vnicus eq̄lificatiuus equalificabilis. ꝛ vnicū equalificare/ē magis in maioritate equalitatis: q̄ illa: in qua sunt plures equalificatiui. equalificabiles: ꝛ plura equalificare. Sed in diuina potestate sufficit vnicus posseficatiuus eq̄lificatiuus: ꝛ vnic⁹ posseficabilis equalificabilis. ꝛ vnicū posseficare equalificare p amare. Ergo diuina potestas ē in maioritate equalitatis per illa tria: q̄ p plura: aut pauciora. ꝛ est sillogismus sufficiens sicut supra. Et sicut exemplū dedimus de equalitate in diuina bonitate ꝛ potestate: ita pōt dari in diuina bonitate. magnitudine. eternitate ꝛc̄. Itē in numero ternario possunt stare magis equaliter plura supposita: q̄ in alio numero/puta binario. quaternario. vel q̄nario. sic secunda vnitas: q̄ equaliter consistit inter primam et tertiā. ꝛ mediū inter principiū ꝛ finē. intelligere inter intellectiuū ꝛ intellectū. ꝛ amare inter amantē ꝛ amatū. ꝛ concordare inter ꝯcordantē ꝛ concordatū. ꝛ sic de alijs suo modo. Sed talis maioritas equalitatis non pōt stare in numero binario: quaternario: vl̄ quinario. ꝛ sic de similibus sicut in ternario. Concluditur ergo q̄ diuine persone sunt tres: ꝛ non plures nec pauciores.

Diximus de secunda distinctione: in qua probauimus sillogizando per principia primitiua/vera/ꝛ necessaria per demonstrationem equiperantie q̄ p̄sone diuine sunt tres. ꝛ non plures nec pauciores. que p̄ncipia primitiua/vera/necessaria sunt actio. distinctio. concordantia. equalitas. vt dictū est. nunc dicemus de tertia distinctione.

De tertia distinctione.



Res diuinas psonas intendimus ꝓbare esse patrē.
filiū. ⁊ spūꝫ sanctū ꝑ easdē rōnes ꝑ quas ꝓbauimus
ipsas esse tres: ⁊ non plures nec pauciores. ⁊ pmo sic
¶ Dē illud ē dare in diuina bonitate ꝑ qđ bonificati
uū ē in maiori actione. ⁊ bonificabile in maiore passi
one respectu bonificantis. sꝫ hō est ꝑ paternitatē ⁊ filiationē. ergo in di
uina bonitate ē dare paternitatē ⁊ filiationē. ⁊ ꝑ ꝯñs pr̄ēꝫ ⁊ filiuꝫ.
Maior ē euidens ꝑ se. minor sic declarat. q₂ agens q̄ est pr̄ / de to
ta essentia sua ⁊ natura ꝓducit filiū actū. qđ non faceret si nō essꝫ
pr̄. ¶ Itē dē illud ē dare in diuina bonitate ꝑ qđ bonificare ē ma
ior actus bonificantis ⁊ bonificati. sꝫ hō ē ꝑ amare. ergo in diuina bo
nitate ē amare qđ spūꝫ sanctū vocamus. Maior ꝺ se patet. minor
declarat sic. q₂ bonificare sine amare non posset esse infinituꝫ ⁊ e
ternū. Concluditur ergo ꝙ tres psone diuine sunt pr̄ ⁊ filius ⁊ spūssctūs
Sic ꝓbauimus esse pr̄ēꝫ ⁊ filiū ⁊ spūꝫ sanctū in diuina bonitate ꝑ
maioritatē actionis. passionis. ⁊ act⁹ sic pōt ꝓbari in diuina mag
nitudine. eternitate. ⁊ huiusmodi. ¶ Dē illud ē dare de necessitate
in diuina essentia ꝑ qđ diuina magnitudo magis distat a cōtrarie
tate. sꝫ hō ē ꝑ ꝯcordantiā magnificantis ⁊ magnificati ⁊ magnificare
ergo de necessitate sequitur ꝯcordātia in diuina magnitudine. Ma
ior ⁊ minor sunt euidentes de se ipsis. Et ꝙ in ipa magnitudine
sit pr̄ filius ⁊ spūs sanct⁹ ꝑ ꝯcordantiā sic ꝓbamus. ¶ Dē illud
est dare in diuina magnitudine ꝑ qđ magnificans ⁊ magnificatū
magis possunt ꝯcordare. sꝫ hoc ē ꝑ paternitatē ⁊ filiationē. ergo ē
dare in diuina magnitudine paternitatē ⁊ filiationē. ⁊ ꝑ ꝯñs pr̄ēꝫ
⁊ filiū. Maior ē ꝑ se euidens. minor sic declarat. q₂ magnificans
q̄ est pr̄ ꝺ tota sua essentia ⁊ natura: ⁊ magnitudine ꝓducit mag-
nificatū filiū. qđ non faceret nisi pr̄ magnificans esset ⁊ filius ma
gnificat⁹. ¶ Itē dē illud ē dare in diuina magnitudine. ꝑ qđ mag
nificare ē maior act⁹ magnificantis ⁊ magnificabilis. sꝫ hō est ꝑ ama
re qđ spūꝫ sanctū vocamus. ergo ⁊c. Maior de se patet. minor sic
declarat. q₂ magnificare sine amare non posset esse infinitū ⁊ eter
nū. Et sic ꝓbauimus pr̄ēꝫ ⁊ filiū ⁊ spūꝫ sanctū in diuina magnitu
dine ꝑ ꝯcordātiā: sic pōt ꝓbari in diuina bonitate eternitate ⁊c. suo
modo. ¶ Dē illud est dare in diuina eternitate ꝑ qđ eternificans ⁊
eternificatū possunt magis ꝯcordare. ⁊ q₂ vbicūqꝫ ē ꝯcordantia est
dare in eternitate differentiā inter eternificans ⁊ eternificatū. ideo ꝙ
in eternitate sit pater filius ⁊ spūs sanctus arguo sic. ¶ Vbicūqꝫ

est dare maiorē ɔcordantiā; est dare maiorem differentiā; sȝ in eternitate ē dare maiorē ɔcordantiā inter etnificans ꝛ etnificatū; ergo in eternitate ē dare maiorē differentiā int etnificans ꝛ etnificatū. Maior ē euidens. qꝛ maior ɔcordantia sine maiori differentia non pōt esse. minor supius ꝓbata ē. vnde seqtur ꝙ in etnitate ē paṫnitas ꝛ filiatio: ꝛ ꝑ ɔ̄ns pr̄ ꝛ filius. qꝛ sine pr̄e ꝛ filio maior cōcordantia ꝛ differentia esse nō possunt. ¶ Oē illud ē dare in eternitate: ꝑ qd̄ etnare ē maior act⁹ etnant[is] ꝛ etnati. sȝ h̄ ē ꝑ amare qd̄ spūȝ sanctū vocamus. ḡ ꝛc. Maior ḋ se patet. minor sic declaraṫ. qꝛ etnare sine amare non possȝ esse infinitū in bonitate. magnitudine ꝛc. Et sic exēplificauimus ad ꝓbandū pr̄eȝ ꝛ filiū ꝛ spūȝ sanctū in etnitate ꝑ differentiā. sic pōt exēplificari in diuina bonitate magnitudine ꝛ sic ḋ alijs suo modo. ¶ Oē illud ē dare in diuina p̄ťate: ꝑ qd̄ p̄ťas magis distat ab ineqlitate. sȝ h̄ ē ꝑ eq̄litatē possificant[is] possificati. possificare. ḡ oportet dare ḋ necessitate equalitatē in diuina p̄ťate. Et tunc arguo sic ꝙ in diuina p̄ťate sit pr̄ filius ꝛ spūs sctūs. ¶ Ubicūq₃ ē dare maiorē eq̄litatē inṫ possificantē ꝛ possificatū oportet ꝙ sit ibi pr̄nitas ꝛ filiatio. sȝ in diuina p̄ťate ē dare maiorē eq̄litatē inṫ possificantē ꝛ possificatū. ergo ī diuina p̄ťate est paternitas ꝛ filiatio. Maior sic patet. qꝛ pr̄ in ꝓducēdo filiū ḋ toto se ipō coequat ipȝ ad se ipȝ ꝑ essentiā. vnitatē ꝛ naturā bonitatē. magnitudineȝ ꝛc. q̄ eq̄litas sine pr̄e ꝛ filio esse non pōt. Minor sic declaraṫ. qꝛ possificans ꝛ possificatuȝ sine maioritate eq̄litatis non posset ꝓducere maius possificare. ¶ Itē oē illud est dare in diuina p̄ťate: ꝑ qd̄ possificans ꝛ possificatū se possunt magis coeq̄re ꝛ hoc ē ꝑ amare. ergo in diuina p̄ťate est amare. qd̄ spūȝ sanctū vocamus. Maior de se patet. minor declaratur sic qꝛ coeq̄re sine amare non pōt esse infinitū in potestate. Et sic dedimus exemplū de eq̄litate in diuina potestate de diuinis ꝑsonis. sic pōt dari de differentia. bonitate. magnitudine. eternitate. intellectu. voluntate. virtute. gloria. veritate suo modo.


Ad laudē ꝛ gloriā ꝛ honorē atq₃ cognitioneȝ diuine trinitatis finiuit Raymundus Lullius istū librū in monte Pesulano mense martij. anno M. ccc.iij. incarnationis domini nostri Ihu Xpi in cuius custodia recomendatur liber ipse ꝛ etiam gloriose virginis domine nostre.

Dñi heremite Raymundi disputatio quinqз hoīum sapiētum.

Deus abundans/ et perfectus in oībꝰ

in virtute tue gratie icipit disputatio qnqз hoium sapientum

Proemium.



N quadā silua magna sub vmbra cuiusdā arboꝛ pulcherrime iuxta fontē/q̄ sb arboꝛe pulcher erat 4.sapiētes sedebāt:q̄ lōgo tpe in phia studuerāt. Un° āt latinus erat:alt' grec°/3.Nestorin°/4.ꝛ vltim° Jacobinus.Qui oēs cū suspirijs ꝛ lachrimis d̄ deo inuicē loqbant:dolentes q̄plurimū d̄ turbato ꝛ misero statu mūdi.Nō min° etiā in hoc qꝛ deus erat a suo poplo ita paꝝ cognitus/ꝛ amat°:cū sit oī honoꝛe ꝛ amoꝛe dignissim°. ac ipз non eē amatū/cognitū nec honoꝛatū[vt decet]sit magnū dedecus atq̄ malū.Cōferētib° āt inuicē ipis 4.sic de dō/ecce viderūt quēdā sarracenū venientez expꝛtū in phica disciplina. Quo viso vnus eoꝝ incepit dicere. Heu q̄tum dānū imminet xpnis.pꝛhdoloꝛ q̄tū dedec° ac vituperiū de° in hoc mūdo recipit de hoc videlicз qꝛ sarraceni errantes ꝛ veritate carentes capiūt ꝛ occupāt terras nr̄as:ꝛ illā terrā scāз tenent in q̄ fuit ꝓ nobis pctoꝛibus natus/crucifix°/ꝛ moꝛtuus dn̄s noster ih̄s xp̄s.Cui alt' eoꝝ rn̄dit qꝛ v̄itatē dicebat.ꝛ adhuc erat de alio piculo dubitandū :ne scз sarraceni ꝯuertant tartaros ad suā sectam:nā cū h°mōi conuersionē facere sit facile sarracenis:cōuersis tartarijs p eos [qd̄ absit] leue q̄dē erit ipis sarracenis d̄struere q̄si totuз poplm xp̄ianū. Adhuc ē dixit.3. aliud picl'm scз qꝛ si sarraceni/vel tartari grecos possint deuincere:de facili possent d̄bellare latinos.Quart° ēt tristis ꝛ doloꝛe plen° ploꝛando dixit hec v̄ba. cū chꝛistianitas sit in tot ꝛ tantis piculis subiugata:postq̄ oēs xp̄iani mūdi ꝯcoꝛdantiā hn̄t in credendo sctissimā trinitatē dei:ꝛ suā incarnatiōem:q̄re non hn̄t vnitatē ꝛ ꝯfeder atiōem simul?ꝛ q̄re non ꝯcoꝛdant? sз vsq̄ nūc fuit dissensio int' eos sup aliq̄bus articulis.Nā si hoc facerent leuiter possent oēs d̄struere sarracenos.ꝛ postea ꝯuertere ꝛ tartaros ꝛ paganos alios:ꝛ xp̄iane fidi subiugare. Dn̄e inquit vnus ex ipsis:scires tu quomō possent latini vniri ꝛ ꝯcoꝛdari in hoc qd̄ credūt de dō cū alijs xp̄ianis:qui sicut sunt Greci/Nestoꝛini/ꝛ

Jacobini] discordant ab eis. Qui rñdit dicēs q̄ ꝯcordantia ⁊
vnio latinoꝝ cū illis posset fieri. si disputarent simul hoīes sapien
tes: q̄ cognoscerent errores: q̄bus separati sunt ab inuicē ⁊ di=
scordes. ita q̄ errores illi vani fierēt ⁊ imꝑpetuū cassarent. ⁊ sic
ipsi xp̄iani eēnt in v̄itate ꝯcordes inuicē ⁊ vniti. Magistri mei
dixit vn⁹ ex eis placeretne vob / ⁊ h̄rēt ꝓ bono / q̄ int̄ vos ⁊ me
eēt disputatio scōm ordinē ph̄ie: ⁊ viā nālīū: vt videremus qui
n̄rum in errore ꝑsistant: ⁊ ipsa disputatōe finita nos ipsam ostē
deremus magnatibus xp̄icolis q̄ possent coadunare d̄ diuersis
partibus sapientes: q̄ ꝯgregati nostrā disputatiōez viderent. et
ea in q̄bus errauissemus: corrigerēt / aptantes ⁊ m̄ltiplicantes
rōnes n̄ras ꝓut eis melius videret̄. Posuit eīn esse q̄ ista n̄ra
disputatio in tīn magnatū / ⁊ supioꝝ nostrorū aīos excitabit: q̄
sup scismatibus ⁊ discordijs xp̄iane fidi disputatiōem manda=
būt fieri generalē: q̄ tandiu duraret / donec in fide catholica fa
cta eēt vnio ꝑ vniuersuz orbē oīum xp̄i fideliū ydiomatū quo=
rūcūq̄. Verba h⁹ sapiētis alij mirabl'r cōmendantes ordina=
uerūt cū eo disputatiōem hoc mō. ¶ Primo videlicet q̄ d̄ ꝓ
cessione scti spūs disputaretur. deīn d̄ duabus ꝑsonis q̄s Nes=
toriani credūt eē in dn̄o Jhu xp̄o. Subsequent̄ d̄ vnitate diuie
⁊ hūane nat̄e / quam in xp̄o credūt existere Jacobini. ⁊ q̄r sup
istis tribus pūctis ē maxie dissensio ⁊ vis maior dissensiōis int̄
eos: ordinauerūt int̄ se inuicē sup hijs disputare: ꝯcordantes q̄
ꝑmo loqueret̄ latin⁹: ⁊ modū ondēret / scōz quē ipse ꝓductiōez
spūs scti credit. ¶ Cū āt vellet latinus incipere / dictus sarrace
nus / quē veniētē viderāt supueniēs interrupit ꝟmones / ⁊ eos
scōm modū suū curialit̄ salutauit / illi v̄o 4. ipsum vice mutua
salutantes dixerūt / q̄ ill's x⁹ v̄us d̄us ⁊ verus hō ipsum in viā
v̄itatis poneret / ⁊ salutis. Sarracenus ex coꝝ v̄b ꝑpendit eos
esse cultores fidei xp̄iane ⁊ dixit. si vos christicole lumen veri=
tatis h̄ētis q̄d possit expellere tenebras cordis mei: ⁊ si potestis
meū intellectū illustrare cū ipso lūie v̄itatis. supplico q̄ten⁹ pie=
tatis intuitu me illuminare velitis / ⁊ mihi v̄am doctrinaz tra=
dere / mediante q̄ possim deū cognoscere ⁊ amare / ac penas in
ferni ꝑpetuas effugere / ⁊ ad ipi⁹ v̄i d̄i gl'iam ꝑuenire. Supplici
sic deuotiōe cū suspirijs ⁊ fletib⁹ dictus sarracenus doctrinam
humilit̄ ab ipsis sapiētibus req̄rebat. Cui respōdit vnus ex ip=
sis dicēs. Amice dicas si placet cām q̄re ita deuote lumen v̄i=

tatis reqris ⁊ doctrinā. Sarracen⁹ rūdit. dñe sarracen⁹ sū3/⁊ longo tēpore sarracenicā legē esse vera3 credidi: verūtñ propter phiam in q̄ diu studui sum deductus ad maximū dubiū3 d nře fidei veritate. qr Mahometus fecit mlta inhonesta: ppter que apparet ipsū3 nō extitisse pphetā/quare occasione dubij in quo iam steti lōgo tēpore ⁊ sū adhuc: ad quēdā xpianū accessi mo= rantē iux terram nostrā sup quodā mōte satis alto: vbi agit pe= nitentiā d comissis: ⁊ qr fama erat q esset verus/deuot⁹ in ora tionibus/⁊ plen⁹ maxima sanctitate accessi ad eū/⁊ d fide sar= racenox tandiu disputaui cū ipso: quādiu mihi dedit intelligere fidē sarracenox esse falsam: quā noticiā dedit p necessarias rō= nes: quibus ɔtradicere meus non potuit intellectus: Unde cō scientia mea me remordens oīne3 a me quietē abstulit/qr pe= nas timeo infernales/ ⁊ nihil aliud magis desidero q̄ scire qua liter possem deum cognoscere/atq3 diligere/⁊ in eo eternaliter gloriari. Postq̄ aūt scīs heremita predictus meas rōnes/q̄s ad fortificandum alchoranū eē vex/in quo ē fides sarracenox opposuerā: soluit totaliter ⁊ destruxit/rogaui eū humiliter vt de fide xpianox rōnes necessarias mihi daret. Qui respōdit q fi= des xpiana ita est altissima/q demostrare non posset ipsa3/nec apprehēdere intellectus humanus: vl' dato q per dmostratōe3 ipsa3 intelligeret q tūc meritū non hēret. q̄re suasit mihi q cre derem ipsam fidē. qr ipsam intelligere non possem/⁊ credendo meritū acqrerē p qd in grā di essem ⁊ in via saluatiōis eterne. Cui ego admirans vba sua/ rñdi. Dñe graue satis est atq3 diffi cile cuicūq3 vnā fidē dimittere ppter aliam minus notā/⁊ ipa3 nouā supponere vel credere/⁊ non scire. vextū leue quid est fi= dē/q̄ ē sb credulitate/ dimittere ppter aliā q̄ posset p pbatiōes seu necessarias demostratiōes ostendi. q̄re precor te ex parte dei quem tu diligis ⁊ colis. q̄tinus des mihi doctrinam necessa riā de tua fide si scis: nam si sim certificatus de ipsa p necessari= as ratiōes statim volo me fieri xpianū ⁊ redire ad sarracenos ad docendū eos veritatem fidei xpiane/⁊ qr in phicis ⁊ in lege sarracenox reputor vn⁹ quāq3 indignus d sapiētib⁹ inter eos forte per me cū dei adjutorio multi sarraceni xpanos se facient mediantibus verbis meis/qr vir est aliqs sarracenus in phia peritus/q credat q fides mahometi veritati innitatur/⁊ si con uertūtur philosophi ⁊ periti: exemplo ipsox faciliter ɔuertunt

ignorātes marie cū ipi q̄tū ad h̄ sequnāt in oib⁹ sapiētes. ymmo
eni sapiēs viā v̄itatis agnoscens citi⁹ p modū disputatōis mille
hoies puerteret/dando eis rōes necessarias sup fide: q̄ puerte
rent duo vel q̄ttuor cuiuscūq3 secte timore mortis vel tormētoꝝ
Dn̄e heremita dixi ei pdifficile ē vni hoī soli aliū occidere ꝛ sibi
suas terras ꝛ possessiones auferre/cū ali⁹ ab alio possit se dīfe
dere cū armis corporalib⁹. sed nemo in falsitate exn̄s pōt se tu
eri cū armis spūalib⁹ nec dīfendere ab illo: q̄ scit ꝛ ondit plena
riā v̄itatē. Quare rogo te dn̄e heremita q̄ non dīsistas ,ppter ti
morē admissionis meriti acq̄rēdi credēdo/q̄n ō tua fide ōndas
mihi v̄itatē. q̄r nec ego nec ali⁹ creati sum⁹ p̄ncipal'r ppt̄ nos=
metip̄os: ymmo poti⁹ vt deū tot̄ virib⁹ corporalib⁹/ꝛ spūali=
bus diligam⁹/timeam⁹/suiam⁹/ꝛ honorem⁹/ꝛ ip̄ius q̄ ē v̄itas
exaltatōe3 procurem⁹/nec ō acq̄rendo meritū p̄ncipalit̄ cogi=
tem⁹: s3 sufficiat nob̄ gr̄a: quā ip̄e dignabit̄ nob̄ elargiri. ¶ Hec ꝛ
alia mlta heremite p̄dicto ↄmunicaui: tñ ad idē [q̄ō pri⁹] v̄ba
sua tendebāt. Qua de causa recessi ab eo tristis mirabl'r: atq3 do
lens: ꝛ sic exul discurro p mūdū v̄itatē q̄rendo quā diu q̄siui: ꝛ
sup oia scire vellē. vn̄de vos dn̄i mei/q̄ sapiētes videmini scdm
modū ꝛ hitū quē tenetis/hūilit̄ ,ppter deū req̄ro vt illuminetis ꝛ
accēdatis meā aia3 lūie v̄itatis. quā si vos sciatis/ꝛ me doceatis ean
dem/mlta bona mihi ꝛ alijs ex inde ↄseq̄ poterūt diuina gratia
mediante. ¶ Multū laudauerūt sapiētes v̄ba: q̄ dixerat sarra
cen⁹/ↄpatiētes eide3: q̄ tantas tribulatōes ei⁹ aia sustinuisset
ppt̄ v̄itatē acq̄rendā. ꝛ vn⁹ eoꝝ dixit illi. Amice nos x̄piani su
mus ꝛ ē nūc int̄ nos facta ordinatio q̄ sup certis pūctis/in q̄b⁹
sum⁹ ↄtrarij: disputem⁹. quā ↄtrarietatē dīstruere volum⁹. ꝛ ad
vnitatē/caritatē/amorē/ꝛ ↄcordantiā reducere x̄pianos. Tu
aūt interesse poteris disputatōi p̄dicte/ꝛ audire eandē. postea cū
dei auxilio: a q̄ bonū oē ,pcedit. erit disputatio int̄ nos ꝛ te ꝛ tu
rōnes sarracenoru3 q̄to plus poteris fortificabis/ obicies nos
nob̄ nihilomi⁹ faciens q̄to plus poteris fortiores: ꝛ nos tuas ra
tiōes dia fauēte gr̄a destruem⁹ ꝛ obiectōes soluem⁹. postea ta=
les tibi dabim⁹ pōitōes ō fide catholica q̄ tu vel aliq̄s ali⁹ per
rōnes q̄scūq3/ip̄as non poteris dīstruere/ꝛ h̄ tibi debebit suffi=
cere ad tuā ↄsolatōē/illuminato p h̄ ō fide catholica intellectu
tuo/fide remanente inteḡ: ꝛ suū meritū retinēte. post q̄ intellec
tus ē illuminat⁹ ꝛ certificat⁹ ō ip̄a. ꝛ in h̄ sequendo modū ꝛ do

ctrinã art[inuẽtiue/ ꝛ gnãlis tabule:q̃s nup in h mũdo tradidit gr a ihũ xp̃i. ¶ Tunc quidã ali⁹ ex ipsis surgens dixit ẽt sarraceno. Int' ṽitatẽ ꝛ falsitatẽ ẽ ꝯtrarietas. ṽitas aũt hẽt ꝯcordãtiã cũ esse ꝛ claritate falsitas ṽo cũ p̃uatõe / tenebris / ꝛ nõ esse. Et pp hoc deus ordinauit ꝛ voluit q̃ ṽitas lumẽ ꝛ p̃rogatiuã ꝯtra falsitatẽ hẽret. cũ q̃ lũie intellect⁹ rex ṽitatẽ intelligat. ꝛ flitatem / ipi veritati ꝯtrariã cognoscat. Et iõ nisi de⁹ ordinasset ṽitatẽ falsitati p̃põi: ꝛ lumẽ hẽre p q̃d illũiet' intellect⁹ hũan⁹ ad cognoscẽdũ rex ṽitatẽ ꝛ etiã falsitatẽ:q̃ se ṽitati opponit: oporteret q̃ veritas ꝛ falsitas eq̃l'r creõrent': ꝛ foret intell'⁹ hũan⁹ piclitãs in tenebris ꝛ ẽt occiosus. Hoc ãt ẽm diã sapiẽtiã non est decẽs: q̃ ordinauit hũc mũdũ / vt ipe d⁹ eẽt cognit⁹ ꝛ amat⁹ in mũdo. Nec tu amice ẽdas q̃ d̃ fide xp̃ianox possit dari pp quid / nec d̃mostratio palpabilis / sic d̃ rebus sensualibus [vt fit in geometrica disciplina] cũ deus inuisibilis existat / nec talis fides p d̃i fide põt hẽri / nec etiã reputari. attñ tales vob[necessarie rões dabũt' p exp̃erãtiã ꝛ quendã mõm nouit' inuẽtũ. q̃ p hui⁹ mõi intellect⁹ tu⁹ fortificabit' mirabil'r ad cognoscẽdũ n̄re fidei ṽitatem: nec min⁹ ꝛ errores: q̃s opponũt ꝯtra xp̃icolas infideles. Q̃ tibi et alijs tuã opiniõẽ sequẽtib⁹ sufficere poterit ꝛ d̃bebit. ¶ Mirabil'r sarracen⁹ gauisus fuit ꝛ p maxĩe ꝯsolat⁹: ꝛ man⁹ eleuãs ad celum lacrimando dixit. Bñdict⁹ sis dñe deus me⁹ q̃ me spe pulcherrima visitãs ꝯsolatõẽ dedisti: nã eram die / noctuq̃ in d̃spatõe ꝛ tristicia maxia. ꝛ tu p tuã sctã pietatẽ / grãm / amorẽ / atq̃ miã me ad talẽ locũ puenire fecisti: in q̃ intellectũ meũ spo illũiari d̃ tua ṽitate sctĩssima: ꝛ a tenebris ꝛ errorib⁹ in q̃b⁹ diu pstitit / liberari. Hijs dicti[sedit cũ illis 4. sapiẽtib⁹ q̃diu insil' disputauerũt / ṽba cox diligẽtissime audiẽs. Et illi stati mõ q̃ seq̃t' disputare incepũt.

De diuisione totius disputationis: que

in quattuo. diuiditur partes. Quax p̃ria ẽ de pcessiõe spũs scti a filio contra grecos. 2. de opinione Nestorinox. 3. d̃ opiniõe Jacobinox. 4. ꝛ vltia d̃ disputatõe cũ sarraceno. Et p̃mo de p̃ria ordiatõe disputatõis premisse.

De ordinatione disputationis latini ꝛ greci. Ca. i.




Latin⁹ volẽs pbare [vt ordinatũ fuerat] q̃ spũs scts a filio pcedit: incipit sic. Complures sunt inq̃t domini mei rões: q̃b⁹ põt pbari spũm sctm a filio pcedere. s;

vt plu̾ritatē q̄ntū potui⁹/ euitem⁹ istū pūctū volo ꝓbare tm̄ decez
rōnib⁹. ad q̄ꝝ ꝓbatōes aplicari possunt m̄lte auctoritates scrꝑtuꝝ.
Xuntū q̄ꝛ nulla vā auctoritas pōt eē ꝯtraria necte rationi. ꝛ p̄st auc=
ctoritates expōi diuersimode ꝛ ā ip̄is diuerse op̄iōes hēri. nolum⁹
in h̄ tractatu q̄ad ꝓbatōes necessarias ā auctoritatib⁹ facere men
tiōez: cū pp ip̄sarum expositōes ꝛ op̄iōes diuersas vba m̄ltiplicēt
int̄ illos: q̄ disputāt p ip̄as. ꝛ erit intellectui ꝯfusio gn̄ēt. Et p⁹ h̄ v=
ba idē latin⁹ dixit greco. dn̄e q̄ꝛ ncēe nob ē in hac disputōe fieri ob=
iectōes hinc īn: ꝯueniēs eēt in p̄ncipio nr̄e disputatōis ordiare posi=
tiōes cōes: in q̄b⁹ nos ꝯcordarem⁹ inuicē. ꝛ q̄s greci tenēt cōit̄ cuz
latinis. vt ad ip̄z cōez ꝯsensuz: cū expediret hērem⁹ recursuz: ꝛ p h̄
ꝯcluderem⁹ ꝯcordit̄ vitatē. Hoc placuit m̄ltū greco. ꝛ rogauit lati=
nū/ vt ip̄e ordiaret ꝛ diceret p̄ āboб⁹ positōes cōes. s; latin⁹ hono=
rās eū/ voluit q̄ ip̄emet poneret q̄d vterq̄ credit ā vnitate dia ꝛ de
scīssima trinitate. ¶ Tūc grec⁹ incepit dicēs sic. Tota diuinitas est
vnitas: vn⁹ deus/ ꝛ non plr̄es/ vna eēntia/ ꝛ vna nā/ ꝛ tritas ē pr̄t/
fili⁹/ ꝛ spūs scūs. ꝛ non plr̄es nec numero pauciores. ꝛ q̄libet p̄sona
ab alia ē distincta. ꝛ ꝓp̄etas vni⁹ p̄sone sibi ē ita ꝓp̄a/ q̄ nulli aliaꝝ
p̄sonaꝝ ꝯpetit nisi sibi. sic p̄ri p̄rnitas: ꝛ filiatio filio: ꝛ spūi scō spira=
tio passiua. Preterea op̄z in deo ꝯsiderari cōitatem essentie in ꝓp̄e=
tatib⁹ p̄sonalib⁹/ ita q̄ q̄l; p̄sonaꝝ sit tota eēntia: op̄z etiam ꝯsidera
re q̄ fili⁹ ꝓcedat a p̄re/ ꝛ spūs scūs exeat a p̄re. Vez ē dixit latin⁹ et
a filio. Hoc non ꝯcedimus dixit grec⁹. Ita q̄ in isto passu fuit discor
dia. vn̄ mutauerūt istā positōez: dicēdo tm̄nō q̄ spūs scūs ē proce=
dēs. Magr̄ dixit grecus videt̄ vob q̄ pōnes q̄s fecimus sint vtriq̄
nr̄m cōnes. q̄ r̄ndit q̄ sat̄ se hēbat erit̄ p ꝯtēto: Xuntū videbat̄ ei q̄
alia positio neccessaria eis foret/ sc; supponere q̄ sint in dō dignita=
tes/ vt se possent iuuare cuz ip̄is ꝛ in disputatōe ad ip̄as recurrere:
necnon p ip̄as falsas obiectōes destruere: ꝛ seq̄ ꝛ ꝯcludere vitatez.
q̄dē dignitates sunt hec/ Bonitas/ magnitudo/ eēnitas/ p̄tas/ sapi
entia/ volūtas/ vt⁹/ vitas/ ꝛ g̃lia/ ꝛ p̄sonaꝝ distinctio/ ꝛ ꝯcordātia/
ꝛ etiā eq̄litas earūdē. Grec⁹ in ista positōe ꝯsēnt. q̄ꝛ f̄m q̄ greci cre
dūt non poterat ꝯtradicere positōi predicte. ¶ Adhuc dixit latinus
opportz nos supponere q̄ in deo ē distinctio gn̄ātionis/ ꝛ spiratōis/
ꝛ obiectatōis. q̄ꝛ gn̄ātio non ē spiratio nec ꝯuerso. Obiectatio vō
est p̄re intelligēte ꝛ amāte seip̄m/ ꝛ filiū/ ꝛ spm̄ scm̄. Est etiā obiec
tatio alia: vz filio intelligēte ꝛ amāte seip̄z ꝛ p̄rem ꝛ spm̄ scm̄. ꝛ hoc
idē ā spū scō intelligēte ꝛ amāte seip̄z ꝛ p̄rem ꝛ filiū. ꝛ istā obiecta=

c distinctio ... (handwritten marginal note, partly illegible)

tionē opꝫ esse bonā/magnā/eternā/potentē/scientificā/amorosā/virtuosā/verā/ et gl'iosam/ et plenā oi cplemēto absqꝫ oi dñfectu. ¶ Multum cōsiderauit grec⁹ in ista pōne vltima/ timēs ne aliquā in se duplicitatē hēret mediāte q̄ latin⁹ decipere vellet eū et dixit. De⁹ obiectat se ipm: et inquātū intelligit seipm generat filiū. Est ḡ genit⁹ filius p obiectatiōem istam/ quam facit d se ipso nā intelligēdo: quare volo scire si facias differentiā int̄ ppriam obiectatōem et cōem: quā iā dixi ¶ Scis amice dixit latin⁹ q duob⁹ modis opꝫ nos cōsiderare obiectatōem in deo/ scꝫ ppriam et cōem. cū qcqd in deo ē sit pprium vel cōe. Proprium vt obiectatio quā qsiuisti. Cōe vō sic obiectatio quā suppono. et ppa obiectatōe seqr psonalis pprietas/ et productio ex ipa: ponēdo hypostases in cōitate eēntie et nature. Ex cōi aūt non seqtur productio. sꝫ seqr cōis fruitio/ cōtēplatio/ et delectatio predictarū cōium dignitatū/ sic in bonitate in q̄ esse opꝫ essentialia bonificatiuū/ le. et are. et c. et h oia sunt reducibilia ad cōitatē obiectatōis. in qua est obiectatiuū. le. are. existe qualibet dignitate in qualibet alia i numeri vnitate. sic bonitas q̄ est magnitudo et magnitudo q̄ ē bonitas et sic d alijs. Idē d bonificatiuo et magnificatiuo q̄ sunt idē numero et sic de alijs huiusmōi declinatōib⁹. et sunt oia reducibilia ad obiectatōem. vt dignitates dei non sint occiose in pdicta obiectatōe ppa personali. ¶ Et sic fuit cōtēt⁹ grec⁹ de hijs q̄ dixerat latin⁹. et dixit ei q vltra pcederet: et id qd intēdebat/ probaret.

De pria rōne prime partis. Ca. ii.



Latin⁹ signās se signaclo scte crucis dixit in noie pris et filij et spūs sctī. Incipio et dico: supplicans tibi humilit et deuote o fili dei incarnate qten⁹ mihi d tali et tanta pbatōe indigno tuā bndictōem et grām largiar/ ita/ q. ipa mediāte possim pbare q a te spūs scts exeat et pcedat. qr magna gl'ia et delectatio tibi ē dñe/ te vna cū pre tā excellētem psonam scꝫ spm sctm spirare a q̄ cplet et finit numer⁹ sctissime trinitatis: et etiā opa⁹ intrinseca/ et oba⁹ vrm triū suppositorū distinctorū in pprietatib⁹ et psonis: et vni⁹ in eēntia/ dignitatib⁹/ et nā. ¶ Nihilomin⁹ dñe de⁹ me⁹ ptestor si forte in aliqb⁹ errarē loquēdo iprope vl' cōtra vitatē q submitto me et qcqd dico in h tractatu vl' in alijs q̄s feci correctōi fidei catholice et romane eccl'e sacroscte. ¶ Hijs hitis dixit greco Amice tu scis q in simbolo qd dicim⁹ scꝫ credo in vnū deū/ inter alia ptinet deū d deo/ lumē d lu ie. p qd hēm⁹ q nos cōsiderare opꝫ

q9 dus e pncipiu di:lumie d luie.sic dus pr:q e pncipiu di filij: que pn
cipiat d seipo.z sic hem9 q9 vnu e pncipiu vni9 alterius in trinitate
diuina:in q e numer9 triplex sc3 vn9/duo/tres.in numero q e vnus
d vno:hem9 q9 dus e pncipiu di:z qz in isto numero q e dualitas et
q het pncipipiu3/e ita magna magnitudo bonitatis/etnitatis/pfatis/
z aliar dignitatu:sic in isto numero:q e vn9 h est vnus pr.opz q9 pn
cipiu3 sit ita nobile in dualitate numeri/sic in vnitate.sc3 q9 duo sint
pncipiu vni9 principiati ex abobus:hoc e spus scs pncipiat9 a pre
z filio q ip3 principiat d seipis:z adhuc q9 duo sint pncipiati ab vno
sc3 filius a patre/z spus scs a patre.Xuntu spus scs e pncipiatus a
patre z filio/z nisi eet ita pncipiu in do eet nobili9/z in maiori mag
nitudine bonitatis/etnitatis/z aliar dignitatu d vno ad vnu:q d duo
bus ad vnu:z fieret iniuria numero binario seu duob9:z etia ipi pn
cipio in ipo numero:ex q iniuria seqret malicia 9tra bonitate:z par
uitas 9tra magnitudine:z 9tra eternitate priuatio siue defectus:et
dbilitas 9tra potestate z sic d alijs:qd e ipossibile.cu in do no sit con
trarietas nec maioritas nec minoritas:qz ipemet e suamet eqlitas
z 9cordantia.opz g necessario q9 a psonali dualitate spus scs exe=
at z pcedat:cu ab vnitate psonali fili9 gnet:vt principiu sit eqle cu
magnitudie bonitatis/etnitatis/z aliar numeri dualis in vnu:z vni9
in duale. ¶Adhuc sm nobilitate principij 9siderare opz q9 princi=
piu3 e in psonis duob9 mois:sc3 q9 pat e principiu principias z non
principiatu:z spus scs e principiatu z no principias.i.q9 ipe psona
aliqua no pducit.opz g q9 fili9 sit principiatu z pricipias:vt princi
piu3 sit magis 9plete in scta trinitate cu magnitudine bonitatis/etni=
tatis zc.Na si fili9 eet principiat9 a patre z non eet cu patre princi=
pias spm scz:principiu non eet ita nobile in scta trinitate:nec redu
daret in tata magnitudine bonitatis/etnitatis zc.z eet etia nobili9 sm
negatoe3 q sz affirmatoe:postq pater non eet principiat9 nec fili9
nec spus scs principiates:ita q9 non principiare eet in dualitate fi=
lij z spus sci:z principiare eet in vnitate patris.Et qz supmu pn
cipiu opz 9siderari cu magnitudinine bonitatis/eternitatis zc.seqt d
neccessitate sm nobilitate principij suppmi z pfectoe3 sibi 9uenie=
tem z etia fecuditate q est in dignitatib9 di q9 istud suppmu princi=
piu sit triangulatu d principiate non principiato:z d principiato pri
cipiate:z principiato non principiate. ¶Multu cogitauit grec9 in
pbatoib9 pdictis:z dixit deo filio ista verba. Dne dus fili dei:tota
mea inteto e ad xitate.vn placeat tibi p tua humilitate et pietate me

sic illuiare:qꝫ possis ostendere credulitatē in q̄ nat⁹ sum/nutritus:et manifestare fecūditatē ꝛ ꝯplemētū patr[ꝭm magnitudinē bonitat[ꝛc. in spirādo spm̄ scꝫ p se solū:sic te gnāt p se solum. Deīn ṽba sua dirigēs ad latinū dixit instando sic. Amice ꝭm nāꝫ principij oppꝫ ꝙ vnū sit principiū vni⁹ ꝛ plurī:sic d⁹ q̄ ē vn⁹ ꝛ principiauit vnū mūdū.ꝛ mlta in ipo:ꝛ vnū hoiēꝫ q̄ principiat aliū ꝛ mltos:inq̄tum pōt hēre mltos filios.ꝛ idē in plāta.velut arbor q̄ principiat vnū fructū ꝛ mltos ꝛ sic d̄ silibus.ꝛ id ꝭm nāꝫ principij oppꝫ ꝙ vnuꝫ sit principiū vni⁹ ꝛ mltoꝝ.ꝛ non duo vni⁹.q̄re manifestaꝝ ꝛ ꝓbaꝝ ꝙ d⁹ paꝝ est principiū di filij ꝛ di spūs scti.ꝛ spūs scꝭs non ē pricipiat⁹ nec ꝓduct⁹ a do filio.¶ Preꝭa nobilitas/ꝛ ēt bonitas/magntudo etnitas/ ꝛc̄.numeri dualis ꝯsistit in h:ꝙ duo sint pricipiata p vnū.vñ vr̄a rō non ꝓcedit.¶ Latin⁹ rūdit.opportet ꝯsiderari in do vnitatē ꝛ pluralitatē.vnitatē āt dupliciter:ꝓpriaꝫ scꝫ ꝛ cōem.ꝓpria est sic vnitas psonal's.pater eni ē vn⁹/fili⁹ vn⁹.ꝛ spūs scꝭs vn⁹ ꝛ sic hēm⁹ ꝓpriā vnitatē.vnitas cōis ē vnitas ditat[/eētie/ꝛ naꝭe/ꝛ ē vn⁹ d⁹ ꝛ non plres:vna bonitas ꝛ non plres ꝛc̄. Opportet sili' duplicē ꝯsiderari plītatē in do scꝫ plītatē dualitat[ꝛ ēt tritatis.plītatē dualitatis velut patrē ꝛ filiū:q̄ sunt due psone.itē patrē ꝛ spm̄ scꝫ q̄ sunt sil' due psone ꝛ sic d̄ fi⁹ ꝛ spū scꝭo.ista eni plītas ē in dualitate psonaꝝ.Cōsideratio plītatis q̄ ē in trinitate/ē sic pat ꝛ fili⁹ ꝛ spūs scꝭs q̄ sunt.ꝫ. psone.ꝭm istos modos ꝯsiderādi vnitatē ꝛ plītatē ē numer⁹ multiplicatus in trinitate ꝛ ē in vnitate ꝛ plītate[vt dixi]ꝛ principiaꝝ ab vtroqꝫ ab vnitate ꝛ pluralitate:ab vnitate q̄dē pricipiaꝝ sic ab vno patre q̄ principipiat vnū filiū.ꝛ sil' plītas numeri principiaꝝ ab vno in aliū.ꝛ oppꝫ ꝙ sic numer⁹ principiaꝝ d̄ vnitate in dualitateꝫ.ꝙ ita ꭈmineꝝ d̄ dualitate i numerū ꭈnariū/h ē spm̄ scꝫ ꝛ sic numer⁹ principiaꝝ d̄ vnitate ꝛ plītate.ac in vnitate ꝛ plītate finiꝝ.ꝛ ꭈminaꝝ i vnitate psonali finiꝝ vt in spū scꝭo.in plītate ṽo in numero oīuꝫ psonaꝝ Est ḡ ꭍꝫ meā ꝯsideratōēꝫ nā principij ꝯꭍuāda in vnitate ꝛ plītate vt dixim⁹.ꝛ ista nā pricipij qd̄ ē in ditate ē signata ꝛ figurata in creatis:q̄ sunt c̄ate ꝛ principiate ad signdū vnitatē ꝛ plūritatē quā d⁹ hēt in seipo.sic ipe q̄ creauit vnū mūduꝫ ad signduꝫ suā sctissimam vnitatē:ꝛ in ipo plres res c̄auit ad signdū suā pluralitatē beatā. ē ḡ vnū principiū principiatoꝝ alteri⁹ scꝫ mūdi q̄ ē vn⁹:ꝛ plītas dei est principiatrix plītat[mūdi/ꝛ q̄ in do vnitas ꝛ plītas sunt vnū ꝛ idē idcirco d⁹ inq̄tū ē vn⁹ ē principiū vni⁹ ꝛ plīū.ꝛ inq̄tū ē plītas ē principiū plurū ꝛ vni⁹.Hoc āt qd̄ dictū ē figuraꝝ ꝛ repn̄taꝝ in adā

q̄ fuit vnū principiū vni⁹ scꝫ Eue ad signdum ꝙ deus pater ē pn-cipiū d filij. Et adā ⁊ Eua fuerūt principiū Caim ad signdum ꝙ deus pater ⁊ de⁹ fili⁹ sunt principiū spūs scti:⁊ b idē d hūano intel-lectu in q̄ intelligere pncipiat ab intellectiuo ⁊ intelligibili. Et de volūtate in q̄ pncipiat amare ab amatiuo ⁊ amabili. ⁊ de potētia visiua in q̄ videre pncipiat p visitiuū ⁊ visibile. Et ē etiā b idem in potētia vegetatiua in q̄ ē pncipiatū a vegetatiuo ⁊ vegetabili/ vegetare:⁊ d igne in q̄ ē ab ignitio ⁊ li. pncipiatū ignire. ⁊ hoc idēꝫ sequitur in sbstātia composita d spūali ⁊ corporali nā:sic hō qui ex aīa ⁊ corpore ꝯsistit:⁊ in Jhu x⁹ q̄ ē d diuina ⁊ humana nā. Omni-bus itaqꝫ istis significatōibus ⁊ figuris ꝯcludūt xp̄iani verū esse ꝙ spiret spūs scts a patre ⁊ filio ⁊ ꝓcedat. ¶ Et qñ dicis ꝙ cū fili⁹ et spūs scts faciāt dualē numerū:numer⁹ āborū suffic nobilitati bonita tis/magnitudis ⁊c. inqꝫtū sunt principiati ab vno numero q̄ ē vnus pater:verū dicis rōne passionis:sed qr negas ꝯctōēꝫ numeri dualis [quā dixi] negas in numero duali pfectōēꝫ actiuāꝫ bonitat/magni-tudinis ⁊c. ⁊ sic ē rō nostra vera ⁊ nobilius ē p ipāꝫ/ꝙ p tuā signifi catus numer⁹ trinitatis.

De scda rōne pme partis Ca. iii.




Latin⁹. In trinitate dia ē ꝯpleta r'o ⁊ necessitas cū mag-nitudine bonitat/eternitat/pfect ⁊c. dignitatuꝫ. ꝙ si est vna psona opꝫ ꝙ sit alia. ⁊ si ē psōa ꝙ sint alie due. ⁊ si sint due ꝙ sit tertia. ⁊ ita opꝫ eē ne vna psōa possit eē sine alia. nec sine alijs duab⁹. nec due psōe sine tertia. vt r'o c⁹libet psone sit mag necria ⁊ mag ꝯpleta. ē ḡ necēm ꝙ si ē pr fili⁹ sit:⁊ ꝙ si fili⁹ ē/ opꝫ patrē eē. qr vn⁹ non pōt eē sine a⁹. ⁊ si ē actiu spira⁹:opꝫ ꝙ spi-ra⁹ passiuꝰ sit. ⁊ si sit passiua ꝙ sit actiu. seqꝫ ḡ fꝫ istā necāꝫ relatōeꝫ ꝙ fili⁹ eē non pōt sine spū scto/nec sine patre spirāte/ipo patre vna cū fi⁹ spm sctꝫ. ⁊ si pat ⁊ fili⁹ sunt opꝫ spm sctꝫ eē:pre ⁊ fi⁹ spirātib⁹ spm sctꝫ. ⁊ si ē spūs scts:opꝫ eē preꝫ ⁊ filiū exeūte spū scto a patre et filio. ista r'o sic necā ē fꝫ ecclāꝫ latinorū:⁊ non necā fm ꝯdulitatē gre corū. nā fm grecos fili⁹ ⁊ spūs scts non se hñt ad inuicē sbalr rela-tiue in b ꝙ negāt spm sctꝫ a fi⁹ exire. ⁊ necitas quā dāt in b:ꝙ dicūt ꝙ si fili⁹ ē opꝫ spm sctꝫ eē:est fm eos rōne patr. eo ꝙ seqꝫ si pr ē opꝫ filiū eē ⁊ spm sctꝫ. Est ḡ r'o q̄ ē int filiū ⁊ spm sctꝫ p medium ⁊ ve-nit p accidēs ⁊ sic ē r'o in trinitate sbalr ⁊ accidētalr. sbalr inqꝫtū ē de

patre ad filiū ⁊ de patre ad spm̄ scm̄ scꝫ. accidētal'r ingr̄ū ē ō fi° ad sp̄s scꝫ. Est etiā r'lo in maioritate ⁊ minoritate magnitudinis/bonitatis//ptatis ⁊c. inq̄tū ipe dignitates sunt in sb̄a maiores ⁊ in accidēte minores. xū q2 in do impossibile ē esse accidēs maioritatē ⁊ minoritatē. seqr̄ de necessitate/q̄ sp̄us scs̄ a patre ⁊ filio creat ⁊ spiretur. ¶ Grec° instat dicens. Cōmunit̄ credimus vos ⁊ ego q̄ pr̄ spm̄ scm̄ spiret. Pr̄eterea p vtrūq̄ nr̄m pcessum ē q̄ in illa spiratōe est magnitudo bonitat'/etnitāt'/ptat' ⁊c. dignitatū. opꝫ ḡ q̄ pat̄ habeat oē pplemētū in seipso: ⁊ inspirādo spm̄ sp̄ūm. Un̄ seqr̄ q̄ sp̄us scs̄ sit pplet° oib° dignitatib° q2 spirat̄ a patre ppleto. non opꝫ ḡ q̄ fili° iuuet patrē ad illā spiratōez. nā si iuuarē suū eēt necm̄ ipi patri pat̄ nō eēt pplet° [vt dicim°] in seipō. nec etiā sp̄s scs̄: ⁊ q2 pr̄ ⁊ sp̄s scs̄ sunt ppleti. Probatū ē p pplemētū eoꝝ q̄ sp̄us scs̄ a patre tm̄ mō est spirat°. ¶ Respōsio latini. Pat̄ gnāt filiū intelligēdo seipꝫ eē patrē: sꝫ non spirat spm̄ scꝫ intelligēdo se eē patrē: q2 si sic/oporteret q̄ sp̄us scs̄ eēt fili°. vt r'lo ipoꝝ scꝫ patr' ⁊ sp̄us sc̄i eēt in magnitudine bonitat'/etnitat' ⁊c. ⁊ q2 in trinitate eē opꝫ distinctiōeꝫ inter generationem ⁊ spirationem: oportet q̄ per vnum modum pat̄ generet filium: ⁊ per aliū spiritum sanctum spiret. Modus scōm quē generat filium est qm̄ obiectando seipsum esse patrēm concipit verbum quod est filius: ⁊ intelligit ⁊ producit illū cum bonitate magnitudinis/eternitatis ⁊c. dignitatū. vt ex suo intelligere sequitur ita magna agentia sicut est sua existentia. ad hoc vt deus sit ita de° ratione sui agere sicut sui existere. nam alias defficeret bonitas magnitudinis/eternitatis/potestatis ⁊c. sub ratione agendi: et etiaꝫ sub ratione existendi completa: qui dffect° est impossibilis. Sꝫ modus per quē pater spiritū sanctū spirat/ē in se ⁊ in filio sub ratione agēdi patre amante filium ⁊ filio patrem: ⁊ ex ista obiectatione amboruꝫ exit amare: quod est sp̄us sanctus. vt illud amare sit ita magnum in magnitudine bonitatis/eternitatis ⁊c. sicut est existentia patris et filij. ⁊ h̄ oportet de necessitate sic esse vt amborum actio sit equalis existentie amborum. que quidem equalitas requirit esse proprietas personalis: et requirit esse in in illa obiectatione amboruꝫ vt inter generationem ⁊ spirationem sit distinctio. que est in hoc. s. cum pater obiectat seipsum producit filium: ⁊ cum pater obiectat filium ⁊ filius patrem spirant spiritum sanctum. Postq̄ ergo spm̄ scm̄ oportet sic eē spiratū ab vtroq̄: dicēdum est q̄ pater est completus spirando spm̄ scm̄ vna cum filio: ⁊ fili° cum patre sil'r ē completus

τ etiā sic spūs sanct⁹ ꝯplet⁹ ē exeūdo ab vtroq₃:s₃ si pr̄ spiraret spm̄ sanctum sine filio nec opporteret spiritum sanctum esse spiratum p modum iam probatum:bene posset esse completus pater spirando spiritum sanctum sine filij iuuamine/ vt est completus in generando filium sine adiutorio spiritus sancti. Sed quia modus spirandi non pōt ali⁹ eē[nisi iam dict⁹]cum p ipm̄ sequat̄ distinctio inter gn̄atōem τ spiratōe₃:non poss₃ eē ꝯplet⁹ pr̄ s/pirādo faceret contra modū pdictū.Et pp h amice dixit latin⁹ non valet tua obiectio nec potes ꝯtradicere obiectationi amoris exūtis inter pre₃ τ filiū. Nā si velles dicere q pr̄ spirat spm̄ sc̄t₃ amādo seip₃:sic gn̄at filiū intelligēdo seip₃:opporteret pre₃ ita bene eē patrē spūs sc̄t i/rōne amandi. sic ē pr̄ filij rōne intelligēdi.cū in d̄o sapiētia τ amor sint ide₃ numero.τ si ita sit oppotebit spm̄ sc̄tū₃ eē filiū τ ita in trinitate erūt vnus pat τ duo filij. Uel si dicas q pat amando spm̄ sc̄tū₃ τ spūs sanct⁹ patrē p viā obiectatōis spirat ip₃:tu ꝯcedis q spūs sc̄t s ē causa sue pductōis in h q erit ex seipo τ a patre et hoc est impossibile.


De tertia rōne prime partis. Ca. iiii.



Supponim⁹ dixit latin⁹ q psona patris sit a.τ psona filij sit b.τ psona spūs sc̄t i sit c.Cū aūt sit distinctio inter a.b.c.opp₃ q sit psonalis τ cū magnitudine bonitatis/ eternitat(/ptat(/ τ c.τ q distinctio remaneat cōis oibus trib⁹.sb q̄ sunt distincti/sic in bonitate:q̄ ē oib⁹ trib⁹ cōis forma.sb q̄ sunt boni.opp₃ & q distinctio q̄ est inter b.τ c.sit ita bene psonalis rōne b.c.sicē psonalis rōne d a.b.τ de a.c. Personalis aūt non pōt eē nisi sit inter b.τ c.actio psonalis.qr non eēt dare fūdamētum in q̄ eēt fundata distinctio psonalis int̄ b.τ c.sine actōe τ passiōe de b.c sic bonitas:q̄ eē non posset in distinctōe nec opatōe sine actōe bonificatiui:τ passiōe bonificabilis.opp₃ & de nc̄citate q filius vna cum patre spm̄ sc̄t in spiret.vt distinctio abor hēat psonalia sba in qbus sustētet τ stare possit.Et h idē qd d distinctōe dicimus:seq̄t de concordātia τ eq̄litate:q̄ ē inter b.c.est & sm nos triāgulus ꝯpletus de pprietatib⁹ psonalib⁹ τ sbalibus ꝯcorditer/ eq̄liter/ τ distincte cum magnitudine bonitati/eternitatis/ptatis τ c.dignitatū.s₃ sm grecos est triangulus dēfectiu⁹ in linea d b.c.in q̄ non pōt eē distinctio/cōcordātia/nec eq̄litas sbaliter/nec psonaliter/nec cū magnitudie bonitati/eternitati τ c.τ qr in tritate dia null⁹ ē defect⁹:seq̄t q h qd credis est cu₃ defectu: et habet illud quod credimus complementum⁹

¶ Grec⁹ instat. Operatio pris ꝛ filij in spūꝫ sanctuꝫ vel ē vna vel plures in spū scto. plꝰs non: fm ꝙ edixis pꝛeꝫ ꝛ filiū eē vnū pncipiū tantūmō spūs scti. est ꝙ vna productio cōis ō a.b. ꝛ sic negas ꝓprietatē ō a. esse singularē: ꝛ hoc idē affirmas inq̄tum ꝯcordatū fuit ꝙ ꝓpū est patri spūm sctm spirare/ sic est ꝓpriuꝫ ei filiū generare. seq̄tur ꝙ ꝙ in deo sit ꝯtradictio scdꝫ vos. scꝫ ꝙ patri sit ꝓpriū ꝛ non ꝓpriū spirare/ ꝛ hoc idē ō b. q2 si b. spirat c est ꝓpriū sibi spirare: ꝛ non est ꝓpriū sibi inq̄tū pri est ꝓpriuꝫ spirare. ꝛ q2 in dō non potest eē ꝯtradictio/ nec illud qd ē ꝓpuꝫ pōt esse cōe/ oportꝫ ꝙ patri sit ꝓpriū spirare sine filio. Et qd dixisti ꝙ linea ō b.c. in triangulo non ē plena/ in hoc dicis contra obiectatiōem q̄ ē inter b.c. obiectātes se inuicē scdm modū amādi ꝛ intelligēdi/ ō q̄bus ē cōpleta cū magnitudine bonitatis/ eternitatis. ꝛc. ¶ Respondet latin⁹. vt in pma ratōe dixim⁹ potest cōsiderari ꝓpetas multis mōis scꝫ singularis seu ꝓpa/ ꝛ cōis. singularis sic ipsi a. cui est ꝓpū generare filiū per se ipsū. tñ non assensimus ꝙ hēat ꝓpetatē spirādi sine filio. vt spiratio sit cōis ꝓpetas amboꝝ: inq̄tū actiua. ꝛ ꝓpa spūi scto inq̄tuꝫ passiua. ꝛ sic fit cōis tribus spiratio. vt ꝓpetas possit eē alia in a. alia in b. ꝛ alia in c. ꝛ possit esse cōis in a.b. per dualitatem/ ꝛ in a.b.c. per trinitatem comunitate numeri ternarij. ꝛ sic est ꝯpletus tot⁹ triangulus ꝓpetate. ꝛ ꝓpetas filꝫ ipso/ in singulari numero ꝛ binario ꝛ ternario. nec ex hoc seq̄r ꝯtradictio. Et sic est obiectio tua soluta. remanes eñ deceptus eo ꝙ inter ꝓprietatē singl'eꝫ non distinguis ꝛ cōeꝫ: ꝛ etiā facis positiōem ꝙ patri sine filio ꝓpum sit spirare. Qd aūt dicis ō linea ō b.c. ꝙ est plena obiectatiōe per modū intelligendi ꝛ amandi: Vꝫum est fm cōmunitatē eēntie/ sꝫ inter nos non ē questio nisi ō ꝓpꝛetatibus psonalib⁹ singularibus/ ꝛ comunib⁹. q̄re adhuc manet rō nostra firma.

De quarta rōne prime partis. Ca. v.




In deo dixit latin⁹ sunt generare ꝛ spirare/ vt sue dignitates sint plene ꝯcretis essentialibus ad hoc ne occiositas sit in eis. ꝛ ꝙ deus hēat rōem agendi in se ipso rōne propriaꝝ rōnū suaꝝ quas dicim⁹ formas vel dignitates. pat generando sꝫ rōne bonitatis generat bonū filiū. ꝛ sꝫ rōne magnitudinis magnū. ꝛ potestatis potētē. sapiētie sapientē. ꝛ sic ō alijs. vñ in q̄libet digni-

tate ē ista ɔclinatio.scꝫ in bonitate bonificatiuus bonificabl's ꝛ bonificare/ꝛ sic ɔ alijs. Deus pr̄ generat deū filiū p modū intelligendi/ꝛ oēs rōnes supdicte ɔcurrūt illi generare. vt sit bonū magnū/eternum.ꝛc. Et vt pater sit bonificatiu⁹/magnificati⁹/ꝛ sic ɔ alijs.ꝛ fili⁹ bonificabilis/magnificabilis/ꝛ sic ɔ alijs. Et h idē seqꝛ ɔ spirare qd ē per modū amādi. Cui spirare ɔcurrūt omnes dignitates.vt sit bonū/magnū/eternū/ꝛc. Oportet ḡ q̄ spirare sit patris/ꝛ filij in spūm sanctū vt omnes dignitates possint esse inter patrem ꝛ filium ꝛ spiritum sanctū eq̄les. Nam si spūs sanctus exiret a patre ꝛ non a filio:dignitates pdicte non possent eē inter filiū ꝛ spūm scm̄ in actiōe personali.ꝛ essent ociose:ꝛ maiores per modū obiectatōis amādi ꝛ intelligendi:q̄ꝫ bonificandi/magnificandi ꝛc.ita q̄ bonitas eēt maior in amare ꝛ in intelligere:q̄ꝫ in bonificare/ꝛ idē de ceteris.ꝛ etiā maiores essent inter patreꝫ ꝛ filiū/ꝛ inter patrē ꝛ spūꝫ scēm:q̄ꝫ inter filiū ꝛ spūm sanctum.ꝛ istud ē impossibile ꝛ ɔtra vnitatē/quā habēt in numero/ꝛ ɔtra eq̄litatē omniū dignitatū.q̄ scꝫ vnitas ꝛ eq̄litas sunt necessarie.restat ḡ q̄ spūs scūs exit a filio. ¶ Grecus instat. Si spūs scūs a patre ꝛ filio pcedat scdm̄ eūdē modū ille modus est vnus ꝛ non pluresan q̄ patrē ꝛ filiū oportet eē vnā personā ꝛ non plures. Nam sic sunt vnū in vno modo spirationis actie/oportet q̄ sint vnū in vna persona actia.sunt ḡ in ista persona due persone ɔfuse.ꝛ est ista persona ɔfusa ꝛ ɔposita ex duabus.h aūt est impossibile.si vo dicas q̄ pater ꝛ fili⁹ non habent vnū ꝛ eundē modū spirandi spūm scēm:tu dicis ɔtra hoc: qd credūt latini q̄ credūt q̄ pr̄ ꝛ filius sunt vnuꝫ idē pncipiū in spirando. ¶ Alia ēt multa inconuenientia seq̄rent si spūs sanct⁹ ex filio pcederet. Nā videt q̄ pater scindat ꝛ diuidat ex se suā ppetatem personalē.ꝛ illud qd partit ex se/cōicat filio ꝛ sic non remanet integre vn⁹ pater/nec filius simul vn⁹ filius integre. Et qꝛ in paternitate non est partitio nec scisio: non pōt ɔmunicare filio id qd proprie pertinet ad se ipsum scꝫ ipꝫ solū spirare. ꝛ hoc idē de filio q̄ non tm̄ generat:ymmo spirat. ¶ Seqꝛ etiā q̄ spiritus sanctus in ista cōitate quā spirando pater ꝛ filius hēnt simul/nullam de actiōe h⁹ partem hēt.qꝛ totus remanet singularis passiuus.ita q̄ nec spirat nec generat. Est ḡ fili⁹ nobilior in magnitudine bonitat/eternitat/ꝛc.q̄ꝫ spūs scūs. Nam filius est passiuus rōne generationis ꝛ actiuus rōne spirationis. Spūs

scts no non est actiuus nec spirando nec etiam generãdo. Est ꝗ minor ꝙ filius/q̃ minoritas est impossibilis. ¶ Et qđ dicis ꝙ inter filiũ ⁊ spũm sctm non possunt intrare bonificare magnificare nec cetã. si spũs scts a filio non ꝓcedat eo ꝙ vnᵒ aliũ non bonificat/magnificat/eternificat ⁊c̃. Respondeo ad B ⁊ dico ꝙ bonificare/magnificare/⁊ sic ď aliis:sunt ⁊ intrant int̃ filiũ ⁊ spũm sctm p modũ amandi:⁊ intelligendi intelligentes se inuicem ⁊ amantes.qꝛ ista amboꝝ obiectatio delectatio ⁊ claritas ẽ bona rõne bonitatis/magna rõne magnitudinis ⁊ sic de aliis. vñ cõsideratis oĩbus istis rõnibᵒ ꝓbatum est ꝙ spũs scts a filio non ꝓcedit. ¶ Latinus. Prime rõni tue rñdeo p hũc modũ. cõis ẽ credulitas ⁊ fides nob̃ ãbobus ꝙ patri pertinet generare ⁊ spirare patre existẽte vna ⁊ eadẽ psona/⁊ non pluribᵒ/distinctione existẽte inter generare ⁊ spirare. vñ nullũ seqꝛ incõueniẽs ꝙ due psone sint pncipiũ spirandi.sic̃ non est inuueniens vnã psonam esse pncipiũ generandi ⁊ etiã spirandi.qꝛ si due psone essent cõfuse in vnũ idez spirare:opporteret ꝙ vna persona esset diuisa ⁊ scisa in generando ⁊ spirando.ita ꝙ cũ vna medietate spiraret ⁊ cũ alia generaret. Et ẽ repñtatuʒ ⁊ figuratuʒ in igne ⁊ aere. q̃ cuʒ vna eadẽ proprietate q̃ est calor/sunt vnuʒ pncipiuʒ calefaciendi aquã ⁊ terraʒ sine ꝯfusione eẽntie ⁊ nat̃e amboꝝ. vñ si h seqꝛ in creat̃is ꝙ duo supposita distincta p essentiã ⁊ nat̃aʒ possunt esse vnuʒ principiũ in vna ꝓꝓetate:q̃tomagis in suprema bi essentia ⁊ nat̃a possunt esse due psone vnũ principiuʒ in vna ꝓꝓetate. cuʒ ipe psone sint vnuʒ p eẽntiã ⁊ nat̃am.⁊ ptatẽ hẽãt infinitam/ac vtriusqꝫ ꝓprietas sit eterna. ¶ Ego bene ꝯcedo ꝙ pater sit indiuisibilis.⁊ q̃ꝙ ex toto se ipso generet filiũ: non tñ ꝓprietatem generatiuã filio ꝯmunicat/ quaʒ ipse pater retinet vt ipse solus sit pater.⁊ vt filiᵒ non sit pater.⁊ sic solus est vnus filius ⁊ non plures. Et q̃ꝙ pater filio non coĩcet proprietatem generatiuaʒ/non iõ magis seqꝛ ꝙ pater diuidat ⁊ scindat seipm. ⁊ ꝙ filiᵒ non sit ex toto patre.⁊ ꝓprietatẽ quã hẽt filiᵒ in spirando hẽt/vt illa proprietas sit cõis vtriqꝫ. vt in prima ratione probauimᵒ. ¶ Ad tñam rõneʒ rñdeo ꝙ ista obiectio ad te non pertinet/nec ipaʒ facere debes/imo potiᵒ sarracenᵒ:q̃ non credit in trinitate diuina/qꝛ latini ⁊ greci ꝯsentiũt ꝙ spũs scts non ꝓducit psonã.⁊ actio sua est in obiectatõe ⁊ in magnitudine bonitatis eternitatis ⁊ oium dignitatũ ⁊ sua passio est in proprieta

nū/amabile/ꝛ amare. ꝛ ita est impossibile ꝙ inter cātiuū ꝛ cā=bile possit esse eq̄litas absq̄ eq̄re. sicut inter amatiuū ꝛ amabi le sine amare. Uñ cum sit impossibile ꝙ circularitas equalitatis [vt ita loquar] q̄ ē in sc̄ta trinitate possit scindi/nec diuidi ꝛ fm grecos eēt discontinuata ꝛ rupta. ꝛ scdm latinos remaneat indiuisibilis. ꝓbatū ꝛ manifestū est ꝙ spūs sanct⁹ non tm̄ a pr̄e: sed ꝛ a filio ꝓcedit. ❡ Grecus instat. In h ꝙ dicis/ꝙ oportet patrē ꝛ filiū spirare spm̄ sanctū: vt ambo sint eq̄les: opꝫ scdꝫ hoc ꝙ pater ꝛ spūs sc̄t⁹ generent filiū: vt filꝫ sint eq̄les. Nam alias spūs sc̄t⁹ non possꝫ esse patri eq̄lis ꝛ ꝓ ꝯñs nec filio postq̄ non ē eq̄lis patri. ꝛ filius ꝛ pater sint eq̄les ꝛ etiā qꝛ pater influit mag̃ granā ꝛ ꝟtutē filio q̄ spiritui sc̄to in hoc ꝙ ipm̄ facit sibi eq̄lem in spirādo. ꝛ spm̄ sc̄tm non equat sibi in generādo. Et si dicis ꝙ spūs sc̄t⁹ non pōt gnāre filiū/dicis ꝙ pater pōt equare sibi spm̄ sc̄tꝫ in spirādo cuꝫ eo quartā psonā spiratā ex ambob⁹ vel gnāre ipsam. ꝛ si h facere non vult pater: ipe est inuidus ꝛ auar⁹. ꝛ in equalitatis magnitudine occiosus. ꝛ spūs sanct⁹ infirm⁹ remanet ꝛ odit⁹ ꝛ figuratus paruitate bonitatis/eternitatis ꝛc̄. que figura ē ipossibilis. Est igit̃ spūs sc̄t⁹ a solo pr̄e. ❡ Rn̄dit latin⁹. Ut supradictum est equalitas est in diuina trinitate ꝛ circulariter ꝛ complete. in qua circularitate eq̄litas mag̃ multiplicari non pōt. nec imminui. qꝛ si mag̃ aut min⁹ possꝫ recipe/circulus vel circularitas cōpleta non esset: ꝛ qꝛ completa est de singularib⁹ ꝛ cōibus ꝓꝑetatibus [vt dictū est] non opꝫ ꝙ pater et spūs sc̄s generent filiū: vt sint eq̄les in ipo. nec ꝙ generent nec spirēt q̄rtā psonaꝫ. qꝛ eq̄les sunt ambo in filio in q̄ pater ꝛ filius spirāt ipꝫ de tota eorūꝫ entitate/ ꝛ eēntia/ ꝛ d̄ tota magnitudine quā hn̄t in bonitate/eternitate/potestate et alijs.

De sexta rōne p̄rie partis. Ca. vij.



Atinus. Illud opꝫ eē ꝟum: p qd̄ bonitas/magnitudo/eternitas/p̄tas ꝛc̄. dignitates sunt in spū sancto rōnes maiores: ꝛ illius ꝟi ꝯtrariū opꝫ esse falsum. qd̄ eēt ꝟum fm credulitatē grecoꝝ. qꝛ si spūs sc̄s non exit a filio ipe est bonificatus/magnificatus ex bonitate et magnitudine patris: ꝛ sic d̄ eternitate patris ꝛ alijs. ꝛ tm̄modo est ipse spūs sanctus bonitas/ magnitudo/eternitas/ ꝛ alie per patreꝫ. Sed fm credulitatē nostrā spiritus est de bonitate patris

⁊ filij bonificatus: ⁊ ꝺ magnitudine/⁊ etern itate ābo⁊ magnifi
catus ⁊ eternificatus. ⁊ ꝑ patrē ⁊ filiū ē spūs scts bonitas ma=
gnitudo/⁊ alie dignitates. Est ḡ scd͞m nostrā credulitatē spirit⁹
sct⁹ in maiori existentia ⁊ actōe ratiōe bonitatis/ magnitudinis
⁊c. dignitatū. ⁊ sunt fecundi⁹ ⁊ habūdātius in ipo ipe dignitates
⁊ sunt ipemet spūs sct⁹ s₃ existere ⁊ agere q̄ scd͞m grecos. Op₃
ergo ꝙ spūs scts creat a patre ⁊ filio. vt ipi ex bonitate/magni=
tudine/eternitate ⁊c. possint meli⁹ ꝓducere ⁊ entificare spiritū
sctm. ¶ Grecus. Si spūs scts erit a patre ⁊ filio ꝑ vnā ꝓprie=
tatē a patre ⁊ ꝑ aliā a filio. sic fili⁹ hēt vnā ꝓprietatē a patre in=
q̄tū erit a patre. ⁊ si spūs scts hēt duas ꝓprietates ⁊ filius vnā
tm̄: ē spūs sanct⁹ maior filio/⁊ est vna psona ꝯposita ex duabus
ꝓprietatibus. Et q₂ filiū₃ op₃ eē spiritui sancto eq̄lem necesse
est ꝙ sit ex ꝓprietatibus duab⁹. s. gnādi: ⁊ spirādi. ⁊ si non bo=
nitas/magnitudo/eternitas ⁊c. sunt maiores rōnes in spū scto/
q̄₃ in filio cū sint in spū sancto ꝓprietates due: vna ꝑ pr̄e₃/⁊ alia
ꝑ filiū. ⁊ in filio non sit nisi vna ꝓprietas tm̄modo. ⁊ q₂ ista incō
uenientia sunt impossibilia impossibile ē ꝙ spūs sct⁹ creat a filio
sed sunt fili⁹ ⁊ spūs sanctus eq̄les in ꝓprietatibus genito filio a
patre solū ⁊ spū sancto a patre tm̄ spirato in quib⁹. s. filiatione ⁊
spiratōe sunt bonitas/magnitudo ⁊c. rōnes eq̄les ⁊ sic de ptāte
⁊ alijs in filio et spū sancto absq₃ quocūq₃ incōueniēte. ¶ Ite₃ tu
dicis ꝯtra vnitatem bonitatis/magnitudinis ⁊c. inq̄tum dicis
ꝙ pater ex sua bonitate ⁊ filius ex sua bonitate ⁊ sic ꝺ alijs spi=
rant spm̄ sanctū. q₂ vna est bonitas patris et filij. et s͞m ꝙ dicis
essent due bonitates distincte. ⁊ due eēntie qꝺ est impossibile.
¶ Rn̄dit latinus. Pr̄ hēt ꝓprietatē gnātiuā/⁊ ꝓprietatē spira
tiuā₃: Uerū tm̄ spiratiuā hēt cū filio q₂ cōis ꝓprietas ē ābob⁹
poterant elici ex dictis posita in libro predicto. Etiam interroga nt si dicti articuli. vt iacent in dicto libro eo modo quo dictū ē: vt supra sunt inserti: sunt boni & veri & catholici. Et oēs dicti magistri & alij fratres p dictū dñm inqsitorē magistrū Bernardū interro gati p capta tenentes & legentes ibi corā oibus predictos tres articulos condemnatos & predictum librū de phia amoris dixe runt q semel & pluries qlibet p se viderat & cognouerat assidue & diligenter predicta. & q dicti articuli condēnati vt iacebant & su pra sunt inserti: non erant in dicto libro: nec poterant elici ab eo. & q articuli supradicti positi in libro predicto phie amoris erant boni/ veri/ & catholici. Dixerunt preterea & affirmauerunt oēs pre dicti magri & fratres q esto q dicti articli positi p dictū venerabi lē Raymundū lull eo modo q sunt positi vt sup sunt inserti in vul gari ab oibus possunt videri veri & catholici: multomagis legendo precedentia & seqntia ipius libri. & inspectis alijs suis libris patet clare vt dixerunt predictos suos articulos esse veros & catholicos & articulos condēnatos nullo modo esse suos nec sue intentionis ¶ Nā vt dixerūt de essentia dei: de quo ē pmus articulus/ loqt dictus venerabilis Raymundus lull in quodā libro intitulato de infinito esse in capitulo de trinitate in fine parraffi in hunc modū vt dixerunt. Dicimus aūt q producens ē deus pater. & produc tus deus filius. & procedere ē deus spūs sanctus. tres persone di stincte in numero & vnus deus & non plures & vna essentia subs tantia & natura. ¶ Itē dixerunt contineri in alio libro intitulato de dei sanctitate quasi in pncipio dicendo q deus sanctus est & q libet sua dignitas sancta ē concludit [vt dixerunt] q vnus ē deus vna sanctitas/ essentia/ substantia/ & natura. ¶ Etiam vt dixe runt in alio libro intitulato de essentia perfecta in capitulo de es sentia dei quasi in fine dicti capituli vbi loquitur de dignitatibus diuinis dicit sic vt dixerunt. Quelibet istarū significat essentiā non aūt dicimus plures essentias/ sed vnam diuinam essentiam. quam vocamus deitatem. ¶ Etiam dixerunt predicti magistri & fratres q verba infrascripta contenta vt dixerunt ibidem in li bro predicto philosophie amoris in capitulo intitulato de necessi tat e de amor in secundo parraffo vbi vt dixerunt continetur sic. No poden esser nombrats en essentia damor amich/ e amat sens vera differentia dabdos. apparet euidenter vt dixerunt q dictus venerabilis Raymundus lull loquutus fuit in solutione qstionis

dicti pmi articuli de essentia amoris et non de essentia diuina. ¶ De secundo vero articulo condemnato vbi continetur quod in faciendo bonum &c. dixerunt dicti magistri et fratres / quod dictus venerabilis Raymundus lull in suo articulo posito in vulgari vt ex eius tenore clare liquere dicebant loquitur de amore et non de operatione bona facienda sicut sonat articulus condemnatus. Et ad istorum euidentiam affirmarunt predicti magistri et fratres quod in quadam questione facta vt dicebant in dicto libro philosophie amoris in capi. intitulato deles obres de deu / e de amor demonstrauit dictus Raymundus lull se bene scire credere et intelligere quod deus habet occurrere in qualibet bona operatione dicit. n. sicut dixerunt. Questio. Quant ha lamat obra en home? E respon ch lamich. lamat ha tota hora obra en home ab miga e sens miga. ab miga en quant li fa fer hun be ab altre. sens miga en quant per si mateix lo mou a fer be. Quoque in alio loco dicti libri philosophie amoris videlicet in capi. intitulato de libertat de amor in fine penultimi parraffi demonstrat dictus venerabilis Raymundus lull vt supradicti dixerunt se scire et credere quod aliquid sine auxilio diuino non potest bene operari. Dicit siquidem. qual amich a amor lo volria donar a mon amat tot ço que ell me ha donat. ço es a saber &c. y diu apres empo yo no puch donar sens que ell no mo faça donar. Unde dixerunt et affirmauerunt omnes dicti magistri et fratres quod dictus venerabilis Ray. lull in isto secundo articulo non loquebatur secundum formam nec intentionem articuli condemnati: sed loquebatur de dei amore qui ab eterno nos dilexit. ¶ De tertio autem articulo condemnato vbi continetur quod virtus est ita bona &c. dixerunt dicti magistri et fratres quod dictus venerabilis Raymundus lull in suo articulo posito in vulgari loquitur solum de virtutibus moralibus et non de gratuitis prout apparere dicebant in ipso tertio articulo supius inserto. Cum in alio loco dicti libri in capitulo intitulato del solas del amor in septimo parraffo demonstrat dictus venerabilis Raymundus vt dixerunt quod predicta non intelligit de virtutibus gratuitis vbi dicit / que parlauen lamich e lamor de temprança / e desperança / que son carreres per les quals amadors van alamat. E dix lamich que per tremprança e des gran e bona virtut sperau e hauer la gloria de son amat. Acusa lamich a son amat &c. E diu apres quel amat trames iusticia al amich per ço que lo punis. perço car per sos merits cuydaua hauer saluacio. Dixerunt etiam dicti magistri fratres quod in aliis locis dicti libri philosophie amoris videtur clare quod dictus venerabilis Raymundus

lull loquebatur de dicto articulo & de aliis supius contentis regu late, bene, & catholice. Et ideo oẽs tã dictus Reuerendus inq̃si tor magister Bernardus ermengandi, q̃ dicti alij magistri & fra tres supius nominati in dicto loco congregati vnanimiter concor dantes, nemine discrepante, narratione facta de predictis vt supi us est dictũ, in presentia mei dicti & infrascripti notarij & testiũ in frascriptoꝝ ꝯcluserunt & dixerunt ibidẽ singularit & distincte. ꝑmo ꝑ dictũ inq̃sitorẽ sua intẽtione ꝓbata q dicti articuli t vt iacent ꝯ dẽnati, in condẽnatione bene fuerint condẽnati: tamen non sunt cõscripti in dicto libro phie amoris nec ab eo, nec a contentis in eo poterant elici nec intelligi formalit nec eq̃polenter, tacite vel expresse, directe nec etiã indirecte. immo ipsi articuli condẽnati, q̃ supius sunt inserti in latino, male dicto libro fuerunt attributi. Et q articuli predicti in vulgari positi in dicto libro philosophie amoris: q̃ supius. pariter sunt inserti scd̃z precedentia & seq̃ntia & modũ loq̃ndi doctoris sunt boni fideles & catholici & nulla rubi gine heresis maculati, predicta vt dixerunt ꝑ conclusionibus ca pientes. ¶ Quibus sic factis & dictis in ꝯtinenti venerabilis Johãnes lullij ibidẽ presens & vices portãs in hac parte vt dixit & noie suo & oiuz dictoꝝ amicoꝝ venerabilis Raymundi lull peti it sibi de predictis fieri & tradi tot quot petierit publica instrumẽ ta ꝑ me notariũ infrascriptũ ad habendũ memoriã de predictis. Que fuerunt facta in dicto monasterio fratrũ minoꝝ Barchino ne in cella predicta die & anno predictis presentib⁹ religiosis fra tre Bernardo. fratre Anthonio de fonte. fratre Michaele perez conuentualibus dicti monasterij fratrũ minoꝝ ad hec vocatis ꝑ testib⁹. & me Petro dalmacij notario infrascripto. ¶ Ego frater Bernardus ermengandi magr̃ in theologia prior ꝓuincialis fra trũ predicatoꝝ & inq̃sitor heretice prauitatis manu ꝓpria subscri bo & sigillũ ꝓuincialiatus apposui in pendenti in testimoniuz pre missoꝝ. ¶ Ego frater Anthonius falq̃t sacre pagine ꝓfessor hic manu ꝓpria subscribo. ¶ Ego frater Franciscus marmãdi sa cre theologie magister hic ꝓpria manu subscribo. ¶ Ego frater Arnaldus pegrini sacre theologie magr̃ predictus subscribo ma nu ꝓpria in testimoniũ premissoruz. ¶ Ego frater Bernardus broll sacre theologie magr̃ predict⁹ subscribo manu propria me in testimoniũ premissoꝝ. ¶ Ego frater Dalmatius de castelario predictus manu ꝓpa me subscribo. ¶ Ego frater Berengarius

laqueti predictus manu ꝓpria me subscribo in testimonium pre-
missoꝝ. ¶ Ego frater Guillermus arago predict⁹ subscribo me
ꝓpa manu in testimoniū premissoꝝ. ¶ Ego frater Johānes d pa-
guera predictus manu ꝓpa me subscribo in testimonium premi-
ssoꝝ. ¶ Signum mei Petri Dalmacij auctori-
tate regia notarij publicij Barchiñ. Qui predic-
tis omnibus ꝑ dictos Reuerendos dños fratrem Ber-
nardū ermengandi/ ⁊ alios supius nominatos/ in
dicta cella cōgregatos fiebāt ⁊ dicebāt/ vna cū p̄-
nominatis testib⁹ interfui reqsit⁹/ ⁊ ea in hāc publicā formā scribi
feci ⁊ ꝓprijs subscriptionibus ipsoꝝ fratrū ac sigillo prouincialia-
tus predicti appositis clausi. constat aūt de litteris rasis in linea tri-
cesima septima. tuli. ¶ Itē ad monstrandū etiā falsaꝫ translatio-
nē seu interpretationē supdictā ꝑ dictū fratrē Nicholaū aymeri-
ci in dicto q̄terno factā ponendo ⁊ affirmando dictū doctoreꝫ er-
ronee ⁊ heretice velle ꝓbare articulos fidei ⁊ cetera alia/ q̄ ꝑ fidē
sunt credenda/ ꝓduxerunt quandā papiri cedulā ꝯtinentē multa
⁊ diuersa originalia dicti doctoris scripta in diuersis libris suis q̄
ibidē fuerunt cū dictis libris cōprobata. cuius qdeꝫ cedule tenor
talis est. ¶ Dominus Raymundus ponit articulos fidei ꝓba-
biles siue demonstrabiles certo modo inferius aliq̄liter tracto/a-
lias dicit ꝙ errores infideliū/ ꝑ quos fides impugnaꝛ non essent
destructibiles. vnde magis falsitas preualeret ꝯtra maiorē veri-
tatē q̄ est veritas fidei. ¶ Itē dicit ꝙ aliꝰ labor theologoꝝ esset in-
utilis. nā impossibile esset eis puenire ad cognitionē eoꝝ/ q̄ sunt fi-
dei circa quā cognitioneꝫ semꝑ laborant. ⁊ sic eoꝝ labor sine care-
ret ⁊ ꝑ ꝯñs merito ⁊ gloria. ¶ Ulterius ponit/ ꝙ si articuli sunt
demonstrabiles ex eoꝝ demonstratione seqtur illuminatio dubi-
tantiū/ ꝯfirmatio credentiū/ ⁊ directio incredüloꝝ/ ⁊ etiaꝫ seqtur
magis dilectio in aīa hoīs. cū certū sit ꝙ illud bonū qđ magis inte-
lligiꝛ magis diligiꝛ. ¶ Multa alia hēt motiua dictus Raymūdus
q̄bus laborauit ad ꝓbationē articuloꝝ dei gr̄a adiuuante. sine q̄
vt ipse expresse dicit talia asseq non valerent. Non intellexisse vi-
deꝛ vt ipse in pluribus locis apte dicit ꝙ articuli demonstranꝛ nō
ꝑ causam cū deus non habeat causaꝫ sup se/ nec ꝑ effectū cū talis
demonstratio potissima non existat nec sine/fide qꝛ cū finiti ad in-
finitū nulla sit ꝓportio oportet vt mediante fide articuli ⁊ intel-
lectus hoīs aliq̄liter ꝓportionenꝛ. Minus intelligere videꝛ ꝙ ꝑ

tales demõstrationes articulorum veritas comprehendatur quia infinitus non comprehenditur a finito/cum finitus habeat terminos limitatos. Videtur quod intellexisse quod talis demonstratio sine fide est impossibilis et ideo sepe allegat in dictis suis dictum Esaye. Nisi credideritis non intelligetis. Cum fundamento itaque et presuppositione fidei sue intentionis existit intellectum posse intelligere obiectum primum. Et ideo ponit in arte magna formaliter sic. Quando intellectus intelligit obiectum/primum fides disponit ipsum ad intelligendum sicut caritas disponit voluntatem ad amandum ipsum obiectum primum: Et sicut voluntas non posset amare ipsum obiectum primum sine caritate sic intellectus non posset intelligere ipsum obiectum primum absque fide. ¶ Item ponit in libro de ciuitate mundi capi. de fide. Fides est habitus cum quo intellectus ascendit ad intelligendum de deo ea vera/que de deo intellectus per fidem credit. quoniam ad ipsa vera intellectus sine fide ascendere non potest per intelligere. et per hoc inter intelligere et credere existit concordantia. cum intelligere et credere sint sub eadem potentia. vt puta intellectus qui credit vt intelligere possit et hoc significatum est per Esayam prophetam dicentem. Nisi credideritis non intelligetis. ¶ Item in eodem libro capi. de fortitudine dicit sic. dixit Fortitudo sum habitus moralis cum quo fortitudo voluntatem humanam ad requirendum virtutes/et ad euitandum peccata ipsa autem voluntas per se nuda non habet potestatem ad hoc nisi de me sit habituata Sicut humanus intellectus qui non potest per se vllum intelligere articulum fidei nisi de fide sit habituatus. ¶ Item ponit in libro prime et secunde intentionis capitulo de fide. Fides est intentione credendi veritatem. quam intellectus nequit intelligere. Et sequitur quasi in fine dicti capituli. Si vis intelligere filiud quod credis suppone illud possibile esse verum. Si enim supposueris fides est tibi/cum suppositio sit per fidem/et per ipsam eleuatur intellectus ad intelligendum. si vero supponere nolueris iniuriaris intentioni. quare fides est etc.

¶ Item ponit in libro intitulato declaratio Raymundi per modum dialogi etc. in capitulo sexto decimo quasi in principio. Fides est ipsa virtus que intellectum cogit ad credendum vera de deo que homo non intelligit per necessarias rationes. et est virtus que hilariter facit volũtatem hominis amare veritates dei quas intellectus ipsius credit. Et ideo fides est vna communis cõceptio virtuosa/et verus habitus in quo intellectus habet passionem/et voluntas actionem etc. Et sequitur adhuc Sortes tu qui te dicis

te esse philosophum scire debes quod fides est vt ipsa sit obiectum in quo veritates restaurentur quas intellectus intelligere non pot propter aliquod impedimentum. quod venit ex parte sensitiue / aut imaginatiue quas veritates non posset attingere ipse intellectus si super se non haberet habitum fidei in quo restaurarent credendo auctoritates concepte per fidem necessitatem cognite.
Et talis fides est ita intellectui et voluntati necessaria vt ipse intellectus / et voluntas ipsa veritates dei contemplari possit. Sicut est eis necessaria imaginatio / in qua etiam obiecta sensitiue valeant attingere que sunt sibi absentia. Que quidem attingere non possent sine imaginatiua que a sensitiua accipit obiecta cum fantasia. Et sicut ipsa imaginatiua accipit obiecta: sic ipsa intellectiua et amatio representat illa quando scilicet ipm intellectiuum et amatiuum ipsa obiecta requirunt. Adhuc dico tibi quod fides est necessaria ad intelligendum veritates dei. quoniam in principio in quo intellectus ipsas inuestigat / supponit per fidem quod ipsas attingere possit et inuenire. non sicut comprehendens: sed sicut apprehendens et hoc intellectus facere non posset si se habitum fidei in principio inuestigationis non induceret iuuante tamen gratia dei et tunc transit ad intelligendum veritates dei per rationes necessarias. cum quibus ante ipsas non intelligebat verumtamen semper remanet habitus fidei sustentatus in intellectu ad hoc quod si intellectus perdat illas veritates quas attingit et apprehendit quod recurrat ad habitum fidei et cum illo illas credat: sed hoc non faciunt alii philosophi qui nil supponunt de veritatibus fidei secundum fidem: sed stant ad hoc quod attingere possunt secundum aliqua significata naturalia representata per effectum. Iccirco multotiens falluntur propter impedimentum sensitiue et imaginatiue et de hoc supra in prohemio exemplum dedimus in vltima positione. Et cum tales philosophi illas veritates perdunt non habent in quo ipse restaurent. quoniam habitum fidei non habent. Iccirco in ipsis est infirma philosophia et intellectus ipsorum in errore sicut gustus infirmi ad dulcedinem pomi. Ideo dicit quidam sapiens quod ingrediens ad scientiam philosophie per habitum fidei potest in breuiori tempore esse philosophus / et habere magnum intellectum quam ille qui ingreditur ad ipsam sine habitu fidei etc. ¶ Item ponit in libro disputationis intellectus et fidei in secundo capitulo quod incipit. Tunc intellectui ait fides. quasi in medio dicti capituli vbi intellectus dicit fidei. Adhuc dico tibi quod tu principaliter non es propter meritum hominum creatorum: sed vt deus

na sicut prehe... ...
[illegible]

sit recolit⁹ intll'ct⁹/ꝛ a suo ꝑpl'o sit dilect⁹ cũ pl⁹ dicat ď bonitate ꝛ nobilitate deũ recolere intelligere ꝛ amare/ꝙ hoies remunera re. ¶ Rursuȝ dico Supposito ꝙ articuli possint ꝓbari hoies non amitterent meritũ intelligendi ꝛ amandi/qm̃ scriptũ est. Nullũ bonũ dilectũ nisi precognitũ. ¶ Etiã Esayas dicit. Nisi credide ritis non intelligetis. Et sic patet ꝙ tu fides es disposition ꝛ prep atio ꝑ quã ego de deo suȝ dispositus ad res altas. Quare in h̃ ꝙ ego ꝑ te suppono credendo ꝙ possuȝ ascendere habituo me de te: ꝛ sic tu es in me/ꝛ ego in te. Et qñ ascendo ad graduȝ in q̃ tu es intelligendo: tu credendo ascendis gradũ sup me in altiorẽ. qm̃ sic oleũ sup aquã: ita tu semꝑ sup me cõmoraris. ꝛ rõ huius est qꝛ ha bes maiorẽ vigorẽ in oibus ascendendi supponendo/eo qꝛ non la boras q̃tũ ego q̃ qñ ascẽdo intelligẽdo nunc laboro. Et seq̃tur in fine dicti cap. adhuc qꝛ suppono ꝙ si intelligere mihi deficeret/ ꝙ recurrerẽ ad te ꝑ credere. qm̃ sic frigiditas aq̃ remanet in ipsa in habitu qñ est calida: sic tu remenes in habitu qñ intelligo. ꝛc.
¶ Itẽ in ꝑmo dicto libro incipit tertiũ capi. sic. Hic fides alloq tur intellectũ. Frater mi non irascaris ꝯtra me cũ sim cã vt vale as exaltari in h̃ ꝙ dispono te ad intelligendũ/sic tumet supius cõ cessisti. ꝛ sic ꝑmanes in intelligendo ꝑ tuã naturã. sic de te data est sup̃ diffinitio ꝛ intellige hec v̈ba. Tu bene scis ꝙ diuina trinitas est incõprehensibilis eo qꝛ ẽ infinita: ꝛ tu es finitus. ꝛ qꝛ int̃ infini tũ ꝛ finitũ nulla est ꝓportio. vnde seq̃tur ꝙ tu in via diuinã trini tatẽ ꝑ rõnes necessarias attingere non potes. qꝛ si sic iã finitũ com prehenderet infinitũ qď est impossibile/ꝛ dissonũ rationi. Ait in tellectus. Fides soror mea non irascor ꝯtra te: ſȝ tibi ꝓfero verita tẽ ꝛ doleo qꝛ gentes non vtuntur me intensiue scďȝ gradus altos ad quos de me vsuȝ hẽre possent. ꝛ ad positionẽ tuã sic respondeo Et ꝯcedo hoc qď dicis de incõprehensibilitate diuine trinitatis/ ꝛ de mea finitate. Sed dico ꝙ si de diuina trinitate hẽo aliq̃s rati ones necessarias non seq̃tur ꝙ sim cõprehensor: sed tantũ modo apprehensor: qm̃ sic digitus positus in vna parte ferri igniti sentit in parte caliditatẽ ignis: ſȝ non totã caliditatẽ eo qꝛ non tangit to tũ ibm̃ eius ſȝ partẽ: Sic a simili scďȝ modũ intelligendi rõne infu sionis ꝛ g̃re diuine trinitatis ꝛ sue maxime intelligibilitatis bene possuȝ particulariter scďȝ me aliq̃d attingere de suo lumine veri= tatis. qm̃ non est aliq̃s q̃ possit eãm cõtra hoc ligare: neq̃ etiam me si ei placet immo miror de te q̃re non ꝯsideras ꝙ sicut diuina

voluntas infundet in via caritatē ratione gratie in humana voluntate vt homo p ipsaʒ sit caritatiuus ad agendū bonū. Quare non sic diuina sapientia p gr̄aʒ infundat scientiam in me/vt attingā de diuina trinitate q̄ mihi sufficiant ad ipsaʒ intelligendo ⁊ oēs obiectiones ꝯtra ipsaʒ destruendo etiā ad fororē meā voluntateʒ diligendo: cū sine mea alta intelligibilitate ipsa non posset habere amorē satis altū ⁊c̄. Et seq̄tur in fine dicti cap. Et audias fides supposito ꝙ non possuʒ attingere diuinā trinitatē in aliq̄. Si aliq̄s infidelis multū litteratus ⁊ subtilis vellet destruere te p rationes apparētes. Cū quo ego possuʒ te adiuuare? p te non: q2 ip̄e nollet credere. seq̄tur ergo ꝙ p me cū veritas sit sup falsitateʒ sic in modo intelligendi sicut p moduʒ credendi. Alioq̄n excusatus essem ego in via ad resistendū falsitati q̄ est ꝯtra te ⁊ ꝯtra diuinā trinitatē. ⁊ posseʒ esse occiosus sine peccato qđ est impossibile sicut dixi. Unde seq̄tur ꝙ possuʒ tantū attingere veritatē diuine trinitatis/ ꝙ possuʒ resistere falsitati q̄ ꝯtra ipsaʒ ē approbando ip̄aʒ ⁊ destruendo errores q̄ ꝯtra ipsaʒ ab infidelibus cotidie enarranť. Et in multis alijs locis ⁊ q̄si in oībus libris in q̄bus dn̄s Raymundus loq̄tur de fide predicta sua intentio ē clare ⁊ expresse posita. videlicet ꝙ demōstratio articuloꝝ fidei sine fide ē impossibilis. ¶ Itē ꝙ nullomodo ip̄oꝝ articuloꝝ veritas ē in via cōprehensibilis: sed bene cū fide aliq̄liť apprehensibilis. Et iō clare ⁊ manifeste pōt speculari ꝙ predicte intentioni non ꝯtrariatur auctoritas Gregorij q̄ in ꝯtrariū solet allegari. Fides non h̄ēt meritū cui humana ratio prebet experimentū. Cū in dicta auctoritate beatus Gregorius loq̄uať cōprehensiue / ꝓut ad lr̄aʒ apparet in hoc qđ precedit dictā auctoritatē. dicit.n. Sed sciendū nob̄ est ꝙ diuina operatio si rōne cōprehendiť non ē admirabilis: nec fides h̄ēt meritum ⁊c̄. Et etiā in h̄ qđ statiʒ seq̄tur post dictā auctoritatē apparet beatuʒ Gregoriū non esse ꝯtrariū: immo concordantē intentioni predicte videlicet ꝙ diuina mysteria possunt apprehendi p rōnes. Nam aliť non fecisset rationē quā fecit dicendo. Quid ergo mirū si clausis ianuis post resurrectionē suā in eternū iam victurus intrauit: q̄ moriturus veniens non aperto vtero exit. Iteʒ etiā demonstrať apte sana intentio dicti Reymundi p expositionē quā facit d̄ dicta Gregorij auctoritate in cuius vltimo parraffo contineť sic. Sensus anagogicus est transcendens: q̄ń consideraťꝙ beatus Thomas dixit dn̄s meus ⁊ deus meus. ip̄e eniʒ non vidit deū visione

sensuali eo qꝛ deus est inuisibilis: sed vidit hominē ꝛ sic per expꝛientiā visionis sensualis transmutauit se ad credere visionis spiritualis/ eo qꝛ fides attingit veritatē mediante aliquo lumine intellectus. Et ideo beatus Gregorius non intellexit dicere meritū quoad experimentū sensibile: sed quo ad credere. Neqꝫ negauit credere dispositū/ ꝛ pꝛeparatū per sentire vt figuratū est per ea q̄ dicta sunt a beato Thoma. ¶ Iterum absurdū est ꝙ xp̄s vellet destruere habitū fidei in beato Thoma p sentire quoniā habitus fidei est altioꝛ q̄ꝫ habitus sensus. Visa ergo intentione dicti Raymundi in supius inserta clare posita monstratur manifesteqꝫ non est repugnans nec deuians immo totaliter ꝛ expꝛesse concoꝛdans cū dictis sanctoꝝ doctoꝝ. ¶ Et ideo q̄ contradicere voluerit pꝛedicte intentioni dicti Raymundi oportet ꝙ contradicat beato Thome q̄ in pꝛimo sententiarū in fine tertij q̄siti pꝛime diuisionis ait sic. Sed tamen ratio manuducta p fidē excrescit in tantum vt ipsa credibilia compꝛehendant/ ꝛ tunc ipsa quodāmodo intelligit. Unde Esaye septimo secundū aliā litterā nisi credideritis non intelligetis. Itē ꝙ contradicat beato Augustino q̄ in secundo de libero arbitrio capitulo secundo ponit. Rationē redditurus sū non vt fidē respuas/ sꝫ vt ea iā fidei firmitate tenens etiam rationis luce conspicias. ¶ Itē ponit in libꝛo questionum Tria sunt de genere credibiliū. quedā sunt q̄ pꝛius creduntur et postea intelliguntur sicut sunt articuli fidei q̄ sunt supꝛa rationē. ¶ Item ponit etiā in libꝛo de cognitione vere vite vbi talia inq̄t. Cū xp̄s veritas ꝛ vita dicat. Hec est vita eterna vt te solū verum deū cognescam/ constat pꝛofecto naturā rationalē ad hoc solum factā vt factoꝛē suū intelligat/ intelligendo diligat/ diligēdo in eo q̄ est eterna vita eternaliter viuat: diuinitatis ergo essentiam rationabiliter inuestigare est ad vitā festinare. Hanc vero negligendo ignoꝛare/ est vtiqꝫ ad moꝛtē pꝛoperare. quare ni mirū hic ab ea ignoꝛabitur: deinde ablata vita seq̄strabitur. ¶ Itē ꝙ contradicat Ricardo de sancto victoꝛe q̄ dicit: ꝙ ad ea q̄ sunt fidei non solū possunt haberi rōnes pbabiles: sꝫ etiā necessarie licet eas ꝯtingat interdū nos latere. ¶ Itē in libꝛo de trinitate capi. octauo pmittit se non solū fide sꝫ etiā rationibus necessarijs dei vnitatē ꝛ psonarū trinitatē foꝛe ostensurū. ¶ Item ꝙ contradicat Anselmo monologion decimotertio capi. vbi dicit duo opuscula feci ꝛc vt cetera ratione non auctoꝛitate q̄ ad deū ptinent manifestare in

¶ Item produxerunt primam partem / et secundam cuiusdam libri dicti doctoris intitulati de conuenientia quã habent fides et intel lectus in obiecto. quarũ tenores sunt q̃ sequuntur. De prima par te. Aliq̃ dicunt q̃ non est bonũ q̃ fides possit probari q̃ si sic ammit terent meritũ. et fides esset nulla / et ad h̃ confirmandũ adducunt istã auctoritatẽ. Fides non h̃et meritũ vbi p̃bet hũana rõ experi mentũ. Unde ad hoc sic respondemus. oẽ preceptũ qd fecit Xp̃s est bonũ. et ideo qñ precepit beato Thome mitte manũ tuam in la tere meo bonũ preceptũ fecit vt Thomas haberet experientiam Primũ tamen dixit Thomas nisi ponam digitũ meum vel ma num meam in latere suo non credam. et q̃ Thomas dixit verum significatum est quia facta experientia remansit fides quia ipse di xit non credam. Preterea nos maxime sumus ad intelligendum diligendum / et recolendum deum: q̃ propter meritũ nostrum cũ contemplare deum sit per prius et nostrum meritũ per posterius ¶ Item beatus Petrus apostolus in canonica sua dixit Estote parati ad satisfactionem semper omni poscenti vos rationem de hijs que in vobis sunt fide et spe. beatus autem Petrus contra diuinam ordinationem non dixit. ¶ Item beatus Augustinus fecit librum ad probandam diuinam trinitatem supposito tamen merito fidei contra quam fidem ipse non fuit quia sanctus erat. ¶ Item Thomas de aquino fecit vnum librum contra gentiles: qui requirunt rationes quia nolũt dimittere credere pro credere sed credere pro intelligere. ipse autem in faciendo rationes con tra gentiles non intendebat destruere fidem quia vir sapiens ca tholicus fuit. ¶ Item doctores sacre pagine conantur quantũ possunt deducere rationes ad probandum diuinam trinitatem et incarnationem et habentes sanam mentem / et intentionem ad e xaltandum fidem sanctam. Et ideo ego qui verus catholicus sũ non intendo probare articulos contra fidem sed fide mediante cũ sine ipsa probare non possum. Nam articuli sunt superius et me intellectus est inferius et fides est hitus cũ quo intellectus ascen dit supra vires suas. Non aũt dico q̃ probẽ articulos fidei p cau sas q̃ deus non h̃et causas sup̃ se / sed p talẽ modũ q̃ intellectus si põt rationabiliter ipsas rationes negare. et possunt solui oẽs obie ctiones contra ipsas factas et infideles nõ possunt destruere tales rõnes siue positiones ip̃a probatio talis siue sit demõstratio siue p suasio vel q̃cunq̃ aliomodo possit dici h̃ non curo q̃ propter nimium

affirmare vel negare nihil mutatur in re. ¶ De secunda parte
Pars ista est de duodecim silogismis cum quibus intendimus probare aliquos articulos fidei. Et primo de primo sic dicemus. ¶ Nullus intellectus potest in via intelligere deum esse sine habitu fidei: sed quicquid intelligitur de deo in via intelligitur per intellectum. Ergo intelligere deum esse est cum habitu fidei. Probatio maioris. quoniam deus est supremus et intellectus inferius. et sicut ipse intellectus naturaliter non potest ascendere ad obiectandum ipsum deum intelligendo/ratione cuius deus habituat ipsum de fide vt mediante fide possit ascendere. sicut humana voluntas quae per se non potest ascendere ad diligendum deum super se nisi per caritatem quae est suus habitus vt ascendat ad diligendum supra vires suas. Probatio minoris. nam intelligibile proprium est obiectum intellectus et communis opinio est quod probatum est deum esse. Et ideo patet quod fides et intellectus conueniunt in obiecto intellectu intelligendo deum esse sub habitu fidei. ¶ Ad secundam rationem. Nulla potentia inferior potest ascendere ad summum obiectum per se tantum: sed intellectus humanus est potentia inferior. ergo intellectus humanus non potest ascendere ad summum obiectum per se tantum. Maiorem nec minorem non oportet probare: quia per se patent. et quia communis opinio est quod intellectus intelligit vnum deum esse tantum et non plures ascendit intellectus mediante intelligere fide sibi habitum exhibendo vnum deum esse tantum: et sic patet quod per intelligere non destruitur fides eo quia est instrumentum cum quo intellectus ascendit super vires.
¶ Ad tertiam facta hypothesi quod deus sit ens magis agens per suas rationes intellectus potest intelligere deum esse trinum. vt in libro supius probatum est. hypothesis autem talis est habitus fidei sine quo intellectus non potest probare deum esse trinum. Et ideo arguo sic. omne credere habituatum a fide disponit intellectum ad intelligere. sed credere fidelis est credere habituatum a fide. ergo credere fidelis disponit ipsum intellectum ad intelligere. Probatio maioris. Esayas propheta dixit. nisi credideritis non intelligetis. et sic formaliter sequitur quod si credo deum esse trinum. et quod possum intelligere ipsum esse trinum quia credere est antecedens et intelligere consequens. facta hypothesi quod deus sit magis agens per suas rationes. sine qua trinitate deus non posset esse magis agens per ipsas. minor per se patet Et ideo ostensum est quod posita fide ponitur possibilitas ad intelligere remanente fide sicut posito antecedente ponitur consequens. ¶ Ad quartam Christus dixit in euangelio qui se humiliat exaltabitur. Et ideo arguo sic quicunque se humiliat exaltabitur: sed intellectus quando credit se humiliat. ergo intellectus quando credit exaltabitur. Maior per se patet. quia quicquid dixit christus est verum

minore; sic ꝓbo. de ratione intellectus est intelligere non aūt cre dere. ꝛ iō qñ intellectus p se non pōt intelligere deū esse trinū hūi liat se ad credere ꝙ deus sit trinus ꝛ sic ascendit ad intelligere fa ciendo aliquā hypotesi;. sicut credere ꝙ deus habeat potestatem infinitā ꝛ sic concludit ꝙ vbicūq; sit posse infinitu; oportet ꝙ sit possificans infinitū / ꝛ possificatū infinitū: sine ꝗbus esse non poss; ꝛ sic intelligit ista tria correlatiua infinita cum ꝗbus considerat di uinā trinitatē fide remanente sicut habitus in ſbo. ¶ Ad quinta; facta ista hypothesi. oē ens magis agens extensiue causat suū sig nū agentis magis agentis extensiue. sed deus est ens magis agēs extensiue ergo deus causat suū signū agentis magis agentis extē siue. Maior ē vera p suppositū. Minor p se patet. sic intellectus p positionē q̄ ē act⁹ fidei ascendit ad intelligere incarnationē fide semp remanente. sine qua incarnatione de⁹ non causaret summū signū. ꝛ hoc in secunda distinctione pmi libri declaratū est. ¶ Ad sextā suppono ꝙ de⁹ sit ens magis agens p creationē ꝛ iō arguo sic. Quicq̄d agit magis p creationē deducit creatū in esse a nō esse: s; deus ē ens magis agens p creationē. ꝰ deus deducit crea- tū in esse a non esse. ꝓbatio maioris qñ actio magis agit qñ dedu xit qꝺ non erat in eē: ꝗ̄ si deduceret aliq̄d ꝺ alio esse. minor p se pa tet. ꝛ iō remanente silogismo remanet positio ꝛ p ꝯñs fides q̄ est añs ad intelligere stat ꝯñs. ¶ Ad septimā suppono ꝙ de⁹ sit ens magis agens per iustitiam. Et ideo arguo sic. oē ens magis iudi cans p iustitiā iudicat totū hoīe; ad beatitudinē aut ad penā sem piternā: s; deus ē ens magis agens p iustitiā. ꝰ deus iudicat totu; hoīe; ad beatitudinē aut ad penā sempiternā. ꝓbatio maioris. qm̄ nisi hō resurgeret de⁹ iudicaret partē / ꝛ non totū sc; aīa;. s; iudi care totū hoīe; ē iudicare corpus ꝛ aīa;. ex ꝗbus ē ꝯstitutus. ꝛ sic p suppositionē intellect⁹ transit ad intelligere ꝙ erit generalis re surrectio remanente ipā positione q̄ ē act⁹ fidei. Adhuc dico ꝙ re maneret fides. qñ posito ꝙ intellect⁹ non intelligeret generalem resurrectionē oīu; recurreret ad credendū sub hītu fidei creden do ipā; vt patet p istud exēplū. Aqua qñ ē calida sua frigiditas ꝯ sistit in ipā in potentia. ꝛ sic in absentia actionis ignis in aq̄ frigidi tas q̄ ē in potentia reducit̄ ad actū existendo aq̄ frigida sic erat. ¶ Ad octauā. nulla ꝟtus corrūpit̄ qñ causat ꝟtuosu;: fides ē ꝟtus ꝰ fides non corrūpit̄ qñ causat ꝟtuosu;. maior ꝛ minor p se patēt Sic qñ dicit̄ deus non ē corpus / non ē cōpositus / non est finitus

non est nou⁹ ꝛ huiusmodi. sic intellect⁹ cū habitu fidei supponit ꝙ deus sit ens alt⁹/ ꝗ̄ corpus vel compositū finitū ꝛ nouū/ consi tendo ꝙ deus sit spūs simplex infinitus/ ꝛ eternus. ꝛ tunc transit ad intelligendū deū. ꝛ deducit ꝺ ipſo veras ꝛ reales affirmatiões ꝛ negationes ex qbus facit sciētiā fide pmanente sine corruptio ne credendi ꝛ intelligendi concordando intellectū ꝛ fidē in eodē obo. ¶ Ad nonā nullū dilectū nisi cognitū: sꝫ de⁹ ē dilectus. ꝫ de⁹ ē cognit⁹. Maior ē duplex qm̄ cognoscere existit p credere ꝛ intelligere rōne cuius credere ē fundamentū ꝛ intelligere ē finis: sicut in domo in q̄ fundamentū ē inferius rōne finis: ꝛ parietes ꝛ tectū supius eo q2 ē fundamentū vt seqtur domus vnde sic dom⁹ non pōt esse sine fundamēto: sic intelligere qñ intelligit alta de ꝺo non pōt ascendere sine hitu fidei: ostendit ꝫ p quē modū intellectus ꝛ fides se ꝯueniunt in obiecto. ¶ Ad decimā. nullū intelligibile pōt esse sine memorabili: de⁹ ē intelligibilis. ꝫ de⁹ ē memorabilis. Maior ꝛ minor p se sunt manifeste. memorabilis aūt ē duob⁹ modis vꝫ p credere ꝛ p intelligere. Memoria aūt altior est p memorabile cū intelligere/ ꝗ̄ p memorabile cū credere respectu fini ꝛ sic ꝺ intellectu. Veruntñ credere ē supius tanꝗ̄ hitus ꝛ intelligere inferi⁹ tanꝗ̄ hituatū. ꝛ iō sic hō capat⁹ ascendendo in mōtē tantū ꝗ̄tū ascendit tm̄ capa q̄ ē sup̄ ipꝫ magis ascendit. A simili intelligēs inꝗ̄tū mag ascendit ad intelligendū deū ꝛ articulos fidei tāto fides q̄ ē suus hitus magis ascendit. ¶ Ad vndecimā nullū diligibile pōt eē sine memorabili: sꝫ de⁹ ē diligibilis: ꝫ deus ē memorabilis. Maior ꝛ minor p se sunt euidentes. Diligibile aūt est duob⁹ modis scꝫ p rōnē credulitat ꝛ intellinibilitatis. qm̄ diligibile qꝺ ē mediante recolibili ꝛ intelligere ē p p̄us: ꝛ diligibile qꝺ ē p recolibile: ꝛ credere ē p posteri⁹. Et iō q̄nto magis intellect⁹ ascendit p p̄us ad intelligendū deū: tāto magis ē p̄ncipiat⁹ cū volūtate ꝛ memoria in obiecto remanente fide q̄ ē suus hitus. vnde sic in vase in q̄ ē aq̄ ꝛ oleū q̄nto mag addit aq̄: tāto mag ascēdit oleū: ꝛ sic ꝺ hituato q̄nto mag ascendit tanto mag ascendit suus hitus. patet ꝫ p quē modū fides ꝛ intellect⁹ inuicē ascendunt in obo. ¶ Ad duodecimā. oē meritū ꝯsistit mag p maiorē actū: ꝗ̄ p minorē: sꝫ maior act⁹ ē intelligere: ꝗ̄ credere. ꝫ mai⁹ meritū ꝯsistit p intelligere ꝗ̄ p credere. Maior ꝛ minor p se sīt apbate. Vñ patet ꝙ intelligere rōne finis ē qetat⁹ ꝛ dñs: ꝛ credere qꝺ est instrumentū ē fuus. ꝛ sic seqt ꝙ dñatore pmanente ē fuus pmanens.

Patet ergo p quē modū hō intelligens alta de deo acqrit maius meritū p intelligere q̄ p credere q̄libet merito existente in ſtō ſuo diuersimode ſcḋʒ modū ſuū ⁊ h̄ in eodē tp̄e verūtñ ſucceſſiue. Di xim⁹ ḋ xij. ſillogiſmis cū q̄bus ē ꝓbatū ꝙ fides ⁊ intellect⁹ ꝯueni unt in eodē tp̄e in ſtō ſiue obo quolibet permanente. verūtñ ſu cceſſiue ſicut in curſu in q̄ mouens ⁊ mobile ſunt ꝑmanētes ſucceſſi ue: ⁊ ſeq̄t̄ infra in fine dicti libri. Si aūt errauí in aliq̄ ꝯtra fidē h̄ non fieri ſcientifice ſʒ ignorant̄ ꝯfiteor h̄ dixiſſe: cur ſubmitto ipſuʒ correctioni eccl'ie ſacroſancte romane. ¶ Itē ad demōſtrādū falſitatē tranſlationis ſeu inṫp̄etationis ꝑdictā in h̄ qḋ in dicto q̄ terno ꝯtinet̄ dictū doctorē erronee ⁊ heretice dicere. eſſentia eſſē tiat: bonit as bonificat: magnitudo magnificat: ꝓduxerunt textus ſeq̄ntes dicti doctor[in q̄b⁹ ſe ipſm catholice inṫp̄etat̄ ⁊ exponit.

Primo textū ꝓlogi libri dicti doctor[intitulati ars inuentiua q̄ talis ē. Ars p̄ſens ab arte demōſtratiua deſcendit. ⁊ licet exiſtētia hui⁹ ⁊ illi⁹ ſit vna ⁊ eadē. modus tñ eaꝝ ꝓcedendi ē diuerſus ⁊c. Et ſeq̄t̄ infra in p̄mo parraffo. Et q̄m ita ē ꝙ exiſtentie ⁊ opatio nes reꝝ [ḋ q̄b⁹ intēdit̄] vehemētiores atq; plures ſint in ſeip̄is q̄ eaꝝ ſimilitudines in intellectu. Et ip̄e ſimilitudines ſint maiores ⁊ āpliores q̄ ſint in ſmonib⁹ eaꝝ ſignificate: magna ē iō diſtantia ſignoꝝ a reb⁹ ſuis. Ea ꝓpt̄ ḋ neceſſitate nos fingere v̄ba licet ꝓp ter ſignoꝝ paucitatē: ⁊ ḋ vi ⁊ ḋ neceſſitate art[aliq̄tiens inuſitata verba ꝓferre vel vt infra patebit. Et vt etiā maiora ſigna ⁊ mi nus a reb⁹ ſuis diſtincta exp̄mamus: v̄ba q̄ndoq; tranſumimus ⁊ qḋ eſt ꝓp̄iū alicui rei ꝓpter exp̄eſſionē maioris ſententie alteri attribuimus vt infra patebit cū dicit̄ bonitas bonificat: magnitu do magnificat: ⁊c. huiuſmodi. q̄ꝛ qḋ ē ꝓp̄iū ſuppoſiti boni. ſ. bonifi care attribuim⁹ bonitati ꝓpt̄ quā ip̄ʒ bonū bonificat. vt vehemē ti⁹ exp̄mam⁹ ꝙ bonū ꝓpt̄ bonitatē ſuā bōificat: ⁊ magnū ꝓpt̄ ma gnitudinē ſuā magnificat ſic̄ cū dicit̄ finis mouet efficientē ad bo nū h̄ ē dictū ꝙ efficiens ꝓpt̄ finē bonū ſe mouet ad bonificanduʒ. Et q̄ꝛ ita ē ꝙ ḋ reb⁹ creat[imp̄oꝑe loq̄ nos oportet vt iā dictū ē multo minus igit̄ ḋ deo ꝓp̄e loq̄ poſſum⁹ q̄ꝛ cū immēſa ſit in oīb⁹ ei⁹ pfectionib⁹ ei⁹ exiſtentia. q̄d ē qḋ ḋ illo bene ⁊ ꝓp̄e ſigna nr̄a repreſentare poſſint. Hijs aūt reb⁹ deuote ſupplicam⁹ accedenti bus ad hanc artē ſeu ſtudentib⁹ in eadē: q̄tenus ardore ſcientifi ce caritatis moti in imp̄op̄is dict[nr̄is ſi forte in ea inciderimus: ad partē tutiorē attendāt ⁊ nō ad ea q̄ dicere videmur: ſʒ q̄ dicere

intendimus condescendant. Aut etiam si forte falsam inducimus conclusionē hūc impitie nře errorē impendant. qm̄ si ignoranter artifex errat: et non ē attribuēdū ipi arti: cū ipsa ars sit necessaria vt de necessitate intendimus declarare. Et adhuc etiam si nimi a nostrorum sermonū impropetas vt loqmur sententiosius vel nři i gen͞ij aut etiā traditionis insufficientia aliquē errorē ꝯtra sanctā fidem catholicā pretendere videat̃ correctionē ecclesie Romane sacrosancte suppliciter imploramus qm̄ non ratione artis seu artificij / sȝ ratione ignorantie errare contingit. ¶ Itē textū contentum in comento dicti doctoris vbi in pͥma parte figure theologice sic habet̃ / diuina essentia ratione sui non est conditionata agere / cū sit cōmunis producenti et producto. ¶ Item textū contentum in pͥma parte figure de. D: dicti comenti vbi doctor exponendo se sic inqt. Sed hic intelligendū ē qm̄ dicimus bonitatem bonificare seu essentiā essentiare h̄ aūt dicimus sub rōne positi idest pater generando filiū cōmunicat filio qcq̄d hēt. Et io attingit̃ ꝯditio simpliciter sub rōne bonitatis scȝ sub rōne suppositi boni personalis. In fine cuius comenti submisit oīa dicta sua correctioni ecclesie formaliter p hec verba. Quare siqs error forte contra fidem catholicā in hoc opere ac etiā in alijs qbuscunqȝ libris videatur errori suppliciter. et deuote correctionē reqrimus ecclesie sacrosancte. ¶ Et qr ad predictā subreptionē fundandā apparebat dictis amicis sup̄ inserta sufficere / et etiā vt pluritati parcat̃ alia falsificata p dictū fratrē Nicholaū aymerici ad presens vt dixerunt non oportebat ꝑducere. ¶ Que oīa supius posita seu inserta p nos dictū comissariū attente lecta / diligenter recognita: ac intelligibiliter considerata fuerunt habita sidq̄ē p nos deliberatione matura / et digesto consilio cū expertis in similibus et peritis. Cum p posita et ꝑducta supius corā nob / et alias clarissime ꝯstat nob ꝙ dicta bulla attentata eius forma et alijs indicij̃ ꝑspicuis sentētijs tactis ē euidentissime saltim de falsitate suspecta. ¶ Itē ꝙ p allegata et ꝑducta ad ostendendū seu ꝓbandū obreptionē aut subreptionē dicte bulle demōstrat̃ euidenter ꝙ posito ꝙ ipa non fuerit falsa nullomodo poterat excusari ꝙ non fuerit subreptitie impetrata cū p tenorē dicte bulle videat̃ ꝙ tota rō impetrationis ipsius fuit affirmatio ꝙ in libris p̄dicti doctori erāt plures articuli erronei et hereticales q̄r librorum p documēta auctētica supi⁹ insta videt̃ apte p̄dictū Nic. aymer. tūc inqsitorē mutasse et corrupisse


verba predicti doctoris / et etiam mentem et intentionem quam habuit catholicam pro ut monstrat aptissime finis / seu finalis conclusio librorum dicti doctoris Raymundi / in quibus expresse submittit scripta dicta et edita per ipsum determinationi / et correctioni Ecclesie sacrosancte / ex quo fundatur legittime scripta sua non deviare a iusto tramite catholice veritatis. et detegitur / cluditurque sinistra intentio opinio / ac persecutio Nicholai aymerici predicti. Et cum utraque pagina attestante / statuenteque / et mandante impetrantes litteras / provisiones / seu scripta per fraudem / seu maliciam a summo pontifice veritatem tacendo / seu supprimendo / et falsitatem suggerendo / vel exprimendo in sue perversitatis penam nullum ex talibus comodum consequi possint / nec eorum pretextu est aliquis potestas / vel iuridictio attributa: cuius virtute sit aliquatenus procedendum / cum summus pontifex tales provisiones seu litteras denegasset veridice informatus. Asserens vero potestatem habere ab eo / cum qualitatibus super scriptis nullatenus imponere poterat sue cognitionis officium: et consequenter eius occasione de facto enotata ruunt: tanquam carentia legittimo fundamento.

Sententia diffinitiva.


¶ Pro tanto Nos Bernardus episcopus et comissarius predictus auctoritate apostolica nobis in hac parte comissa dicimus / volumus / decernimus / et pronuntiamus quod quicquid invenitur quomodocunque / et qualitercunque enunciatum / mandatum / cominatum / processum / factum / occasione / auctoritate / seu ratione dicte subreptitie ac obreptitie bulle / et ob falsitate evidentem nunc suspecte teneatur pro vano / casso / irrito / et nullo. et pro infecto / seu non facto ab omnibus reputetur sicut et nos ex potestate nobis attributa super hys que ex nostro officio nobili utimur et uti volumus predictis attentis cassamus / irritamus / anullamus / seu ad nihilum reducimus. Reducentes etiam auctoritate apostolica ipsum doctorem Raymundum lull / et omnia dicta scripta / et opera sua et omnia alia ratione quomodocunque et qualitercunque / et per quemcunque / et contra quoscunque et coram quibuscunque processa / et actitata ad statum pristinum et primevum / ac si in contrarium eorum vel unquam fuisset dictum scriptum / vel alias quomodolibet enunciatum. Refutantes et submittentes correctionem / determinationem / aut auctorizationem doctrine dicti doctoris sedi apostolice / cuius est de talibus cognoscere et ordinare. sicut ipse met doctor / ut verus catholicus expresse submittit. ¶ In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras litteras seu presens publicum instrumentum per notarium publicum infrascriptum fieri et publicari mandavimus / nostrique sigilli appensione


muniri. Datū ꝛ actum Barchinone sub anno a natiuitate dñi Millesimo quadringentesimo decimo nono/ die vero vicesima quarta mensis martij: presentibus honorabilibus viris dñis Anthonio Zeno decretoꝝ doctore canonico Papiēsi. Arnaldo de torrentis ꝯsiliario hoc anno ciuitatis Barchñ. Bernardo de mari mundo maiore dieꝝ. ꝛ Francisco seruent licentiato in legibus ciuilibus dicte ciuitatis Barchñ. ꝑ testibus ad premissa vocatis rogatis specialiter ꝛ assumptis. ac me Gabriele cāyelles notario infrascripto. Uisa ꝑ me Epm prefatū. Sig✠nū mei Gabrielis canyelles auctoritate regia notarij publici Barchiñ. qui premissis oibus ꝛ singulis dū sic premittēr corā dicto Reuerendo domino comissario ꝛ ꝑ eū agerenē ꝛ fierent vna cū prenominatis testibus pñs fui: heccꝫ subscripsi ac sigillo ipius dñi Epi hic appositū in pendenti clausi. Cū sup̄ posito in lineis xx. Brādinocesi. Et lxv. loco dicti. Et lxxxv. sum. Et lxxxx. supponit. Et cxviij. ꝛ pmo de pmo sic dicemus nullus intellectus pōt in via intelligere deū esse sine hitu fidei. Et cxxxiiij. Et credere. Et cū raso in cxxv. distinctione. Et etiā cū sup̄ posito in linea xxxviij. bulle. Et etiam in linea centesima vicesima quarta. sed deus est ens magis agēs extensiue. Ergo deus causat suū signum agentis magis agentis extensiue. ꝛc.

ET Nos Bartholomeus Sureda Canonicus ac Decan⁹ Maioricē. Reuerendissimi in Xp̄o patris ac dñi D. Didaci diuina fauente gr̄a Maioricaꝝ Epi vicarius in spūalibus et temporalibus vna cū alijs in solidū generalis qꝛ transumptioni ꝛ cōprobationi collationi huiusmodi publici transumpti interfuimus cūcꝫ suo originali exēplo supius memorato concordante cōperimus idō eidē transumpto auctoritatē nostrā iudiciariam pariterꝫ decretum manu nostra propria interponimus in maiorem fidem premissorum.



Sig- -Num mei Juliani figueros apostolica ꝑ vniuersū mundū ꝛ Regia ꝑ totam terrā ꝛ ditionē Illustrissimi ꝛ serenissimi domini Aragonum Regis auctoritatibus Notarij publici Maioricēsi huius exempli testis.



Sig  num mei Hieronimi ferula ciuis Ma
ioricarũ auctoritate regia notarij pu
blici p totã terrã ⁊ ditiones Serenissi
mi dñi Aragonũ regis huius exẽpli
testis.

Sig  Nuz mei Petri litra ciuis Maiorica
rũ auctoritate Regia notarij publici p
totã terrã ⁊ ditionem Serenissimi dñi
nři Aragonũ regis q̃ huiusmodi publi
ci trãsumpti transumptioni/collationi/cõprobationi/decretiq; in
terpositioni oĩbusq; ⁊ singulis sup̃dictis vna cũ prenominatis re
uerendo dño vicario generali atq; cũ tabellionibus ⁊ conotarijs
meis interfui eaq; oĩa ⁊ singula sic fieri vidi ⁊ audiui. Ideoq; hic
ꝓpa manu me subscripsi precedente meo solito signo vna cũ ap
pensione sigilli vicariatus ecclesie maioricarũ in maiorẽ fidez ac
testimoniũ oĩuz ⁊ singulorũ premissorũ. Et quodq̃dẽ transumptuz
licet manu alteri⁹ scriptũ fideliter tñ p me ac ceteros cõnotarios
meos cõprobatũ ꝯtinet in his duobus pregameneis p me consu
tis in quorũ p̃mo nonaginta noue linee. in scdo x̃o septuaginta no
uẽ linee ꝯtinenť. Et ꝑ maiori declaratione vltima linea p̃mi pre
gameni finit p hec x̃ba de ciuitate mundi capi. de fide. Et in p̃ma
linea scdi pregameni incipit p hec x̃ba. Fides ẽ habitus cũ q̃ ⁊c. Et
vltima linea ip̃ius pregamini scdi finit p talia x̃ba. signũ agentis
magis agenti extensiue. Insup ꝯstat de dictionibus sup̃positis in
lineis p̃mi pregameni scz in iiij. ⁊ amicorũ. Et xxxxij. Millesimo.
Et xxxxiiij. hec. Et pariť ꝯstat de dictionibus ac litteris rasis ⁊
correctis in linea lxxxiij. licet. vt in condemna. In xviij. aũt linea
secundi pregameni constat de sup̃ positis. alia. Et xxxiij. Manu.
Et xxxxvij. est. Et q̃nquagesima. In. Et lxv. textum. Et de dic
tione rasa in xxj. linea diuine.

Errores inexcusabiles: q̃ interpremẽdum in hoc instrumẽto emerserũt sunt q̃ se
quũtur. folio. iiij. linea. x. legiť fratrũ minorũ ꝓ nostrorũ. fo. v. linea. xvij. reperuit ꝓ
reperint. ibidem linea. xix. adhibere ꝓ adhiberi. ibidẽ linea. viij. registrator ꝓ re
gistratoribus. fo. vi. linea. xxvi. imitationẽ ꝓ immutationẽ. ibidez linea. xiij. ꝓuin
ciali inquisitor ꝓ inquisitore ⁊ ibidem frať Anthonius pro fratre Anthonio. fo. xiij.
linea. xvij. enotatu ꝓ enãtatu.

Impressuz Valencie p Ioãnẽ iofredũ. año. m. d. x. p̃die Kl' maias.